

udostępnia się "Czytelnia"



1012138 V

25 = 71

małgorzata Leliwa

# PRECATIONES

PIJ SACERDOTIS

Ex variis Libellis

*Spirituālibus et Áscēticis*

## SELECTAE

Ad usum Sacerdotum sive Saecula-  
rium, sive Regularium praesertim ve-  
ro Cleri Franciscani Minorum Con-  
ventualium, Provinciae Poloniae

## REIMPRESUM

○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○

C A L I S I I

Anno Domini 1829.

○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○\*○


Typis J. Poleski et Comp.

Mel in cera, devotio in litera, alioquin  
litera occidit, si absque condimento Spi-  
ritus glutieris.

S. Bernad; supr: Cant:

Non putrescit cor, si levetur ad DEUM;  
tuum frumentum si haberet in inferiori-  
bus, ne putresceret levares illud ad supe-  
riora: frumento tuo quaeris mutare locum,  
et cor permittis in terra putrescere? cor  
leva in Coelum.

S. August: in Ps: 85.



### APPROBATIO ORDINARIA.

Lectum et revisum, quoniam nihil con-  
tra fidem et mores repertum, imo utile  
devotis Sacerdotibus idcirco typis impi-  
mendum censeo. In quorum fidem e.t.c.


Datum Gnesnae die 28 Febr. A.D. 1776.  
**LEO MORAWSKI** Metropol: et Posnan:  
Arch: Offic: General: Gnesnensis. mpp.




## APPROBATIO NOVA.

Liber intitulatus » Precationes Pij Sacerdotis « jam approbatrs et impressus Posnaniae Anno 1776, cum nihil contra fidem et bonos mores contineat, imo pi- etatis Spiritu plenus; reimprimatur servatis servandis.

Datum Calissii die 30 Mensis Julii 1829.  
JOSEPHUS ŁUKASIEWICZ Archidiaconus Insignis Collegiatae ac Consistorii Generalis Calissiensis Judex Surrogatus Librorum Gensor. *mpp.*





---

## P A R S I.

### PRECATIONES MATUTINAE.

*Cum primūm evigilaveris dic:*

In Nomine Patris et Filii et Spiritus  
Sancti. Amen.

**I**llumina Domine oculos meos ne unquam obdormiam in morte, ne quando dicat Inimicus meus praevalui adversus eum.

*Deinde signas frontem.*

**I**N Nomine Domini JESU Christi Nazareni Crucifixi surgo; ille me benedicat, regat, custodiat et ad vitam perducat aeternam. Amen.

## OREMUS.

**D**omine DEUS omnipotens, qui ad principium hujus diei nos pervenire fecisti. Tua nos hodie salva virtute, ut in hac die ad nullum declinemus peccatum sed semper ad Tuam justitiam faciendam nostra procedant eloquia, dirigantur cogitationes et opera. Per Dominum nostrum.

*Hic dicatur Pater noster, Ave Maria,  
Credo, Confiteor, Misereatur, Indulgentiam.*

## OREMUS

**D**irigere et sanctificare, regere et gubernare dignare Domine DEUS, Rex Coeli et terrae hodie corda et corpora nostra, sensus sermones et actus nostros, in lege Tua et in operibus mandatorum Tuorum, ut hic et in aeternum Te auxiliante salvi et liberi esse mereamur, Salvator Mundi; qui vivis et regnas.

*Iterum te signans Cruce dio;*

**D**ominus nos benedicat, et ab omnimalo defendat, et ad vitam perducat aeternam. Et fidelium animae per misericordiam Dei requiescant in pace. Amen.

*Dum surrexeris humiliter prostratus, ac inclinatus profundè dic sequentes V:V:*

**L**audetur SSma et Individua Trinitas; et nunc et semper et in secula seculorum Amen.

Laudetur SSma Humanitas, Domini Salvatoris Nostri, passio Resurectio et Ascensio Christi futuri Judicis; et nunc et semper.

Laudetur SSmum Sacramentum pretiosi corporis et sanguinis Domini nostri; et nunc et semper.

Laudetur omnipotentia, Providentia, omniaque viscera misericordiae, justitiae; nec non tota Divinitas et essentia Dei

**Creatoris-ac conservatoris nostri; et nunc  
et semper et in secula.**

**Laudetur Immaculata Concepto Nativi-  
tas, Purificatio, gaudia, dolores, Assum-  
ptio, intemerata Virginitas, Divinaque sine  
tactu pudoris Maternitas, Dominae ac Re-  
ginae nostrae clemetissimae, et nunc et  
semper.**

**Benedictus es Domine in firmamento  
Coeli; et laudabilis et gloriosus et super-  
exaltus in saecula.**

**Benedicamus Patrem et Filium cum S.  
Spiritu; et laudemus et superexalte-  
mus eum in saecula.**

**Benedicamus Filiam Patris, Matrem Fi-  
lii, Sponsam Spiritus Sancti, Dominam  
nostram, Reginam nostram, et Advocatam  
nostram; laudemus et superexalte-  
mus eam in saecula.**

**Benedicta sit tota Curia Coelestis et  
laudabilis et gloriosa. Amen.**

Sancte Angele DEI, qui Custos es mei,  
me Tibi commissum pietate superna, heac  
die illumina custodi, rege et gucerna.  
Amen.

*Dein elevans caput manibūs junctis.*

**B**enedicat me Imperialis Majestas, pro-  
tegat me Regalis Divinitas, custodiat me  
sempiterna Deitas, defendat me immensa  
Trinitas, foveat me gloria unitas, diri-  
gat me inaestimabilis bonitas; regat me po-  
tentia Patris, vivificet me sapientia Filii, il-  
luminet me virtus Spiritus Sancti: Alpha  
et Omega, DEUS et homo, sit mihi invo-  
catio ista salus et sempiterna protectio.  
Ecce Crucem Domini + fugite partes Ad-  
versae, vicit Leo de Tribu Juda, Radix  
David, Alleluia, In Nomine Patris + et Fi-  
lii + et Spiritus Sancti + Amen.

*Conversus ad Imaginem B. V. M.*

**O** Domina mea Sancta MARIA me in Tuam benedictam fidem ac singularem custodiam, et in finum misericordiae Tuae, hodie et quotidie, et in hora exitus mei, animam meam et corpus meum Tibi commendō; omnem spem et consolationem meam, omnes angustias et miseras meas, vitam et finem vitae meae Tibi commito ut per Tuam SSāmā intercessionem, et per Tua merita, omnia mea dirigantur et disponantur opera, secundum Tuam, Tuique Filii voluntatem. Amen.

**O** Amantissima Mater Gloriosa DEI Genitrix MARIA, suscipio Te novo amoris affectu in Matrem meam dulcissimam, unice colendam, amandam, imitandam, glorificandam; suscipe Tu quoque me licet indignissimum inpeculiarem Filium; adsis mihi in omnibus actionibus meis, nec me

deseras in hora mortis meae: O Clemens,  
o pia, o dulcis Virgo MARIA! Amen.

*Tum conversus ad Crucem.*

OREMUS.

**A**ctiones nostras quae sumus Domine aspirando praeveni et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio a Te semper incepit et per Te caepta finiatur. Per Christum,

*Iterum profundè inclinatus dic*

*V;K: terque singulos repete.*

**L**audetur SSimum Sacramentum et nunc et semper et in saecula saeculorum. Am.

Sanctus DEUS, Sanctus fortis, Sanctus immortalis; miserere nobis.

A peste faime et bello, libera nos Domine.

A subitanea et improvisa morte, libera nos Domine.

A transgressione mandatorum Tuorum; libera nos Domine.

Per intercessionem Beatae Virginis MARIAE; libera nos Domine.

Per intercessionem omnium Sanctorum Tuorum; libera nos Domine.

O JESU, JESU, JESU, libera nos Domine.

*Osculata ter terrâ pertiendo pectus dic tribus vicibus:*

DEUS propitius esto mihi indignissimo et maximo peccatori.

*His finitis iterum Te signabis signo Crucis ac surgens dum lavas manus dic:*

**P**raesta quaesumus omnipotens DEUS ac misericordissime Salvator, ut sicut exterior us abluntur inquinamenta manuum, sic per Te mundentur interius pollutiones mentium, et crescat in nobis Sanctarum virtutum augmentum, quatenus Templum

Sancti Spiritus effici mereamur. Per Christum.

*Postea dicto Psalmo Miserere mei DEUS.*

OREMUS

**D**EUS qui culpa offenderis, poenitentia placaris, preces populi Tui supplicantis propitius respice, et flagella Tuae iracundiae quae pro peccatis nostris meremur, clementer averte.

Ineffabilem nobis Domine misericordiam Tuam clementer ostende, ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a paenis quas pro his meremur eripias. Per Christum Dominum.

*Interim domui Tuae dispone, necessariis diei consule, negotia minoris momenti absolve, ac tandem vel in Oratorio cum Fratribus, vel solitariè recita.*

E X E R C I T I U M

M A T U T I N U M.

In Nomine Patris et Filii et Spiritus

Sancti. Amen.

**V**eni Sancte Spiritus reple Tuorum corda Fidelium, et Tui amoris in eis ignem accende, qui per diversitatem linguarum cunctarum Gentes in unitate fidei congregasti.

V: Emitte Spiritum Tuum et creabuntur.

R: et renovabis faciem terrae.

**OREMUS**

**D**EUS qui corda fidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti, da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere. Per Christum.

*Gratiarum Actio.*

**A**doro, veneror, laudo, glorifico ac benedico Te SSma Trinitas, et gratias Tibi ago, pro universis beneficiis Tuis mihi indignissimo collatis, et nominatim pro no-

te hac feliciter transacta; tum pro Tuā clementia quod me hac nocte ab omni malo custodiens hucusque a peccato conservando perduxisti: sis benedicta a tota curia triumphante et militante, et ab omnibus operibus manuum Tuarum, nunc et semper et in saecula saeculorum. Am.

*Pater et Avè ac Gloria Patri.*

*Oblatio sui ipsius.*

**O** Pater aeterne ad Te primum suspirium et aestus cordis mei Tibi me totum qualemque quantum cumque et omnes animae meae vires et corporis sensus, omnia mea offero et immolo: Suspice o Pater hos novi diei primos amores, eosque incendio charitatis et meritis Filii Tui conjunge.

*Pater et Ave ac Gloria Patri.*

*Dispositio operum.*

**E**cce mi amantissime JESU Te aspiran-

te statuo firmiter, ardenti corde viam mandatorum Tuorum currere, probi Christiani et Religiosi Officium explere, pietatis munia obire, sectari virtutem N. universa denique et singula in Nomine Tuo agere et pati; utinam dirigantur viae meae ad custodiendas justificationes Tuas: dirige me in veritate Tua et doce me, quia Tu es Deus Salvator meus et Te sustinui tota die.

*Pater et Ave ac Gloria Patri.*

*Fuga Peccati.*

**V**eni succure Sancte Spiritus ne ferociis morsibus belluarum idest peccatorum obiciam, Te precor in hoc discrimine anhelantem praesens robora, qui spespondisti: super aspidem et basiliicum ambulabis et conculcabis leonem et draconem; libera me de sanguinibus Deus, Deus salutis meae, et exultabit lingua mea justitiam Tuam.

*Pater et Ave ac Gloria Patri.*

*Petitio Subsidii.*

**A**deste mihi pariter o Beatorum mentium agmina, Tu vero p̄ae reliquis piissima Virgo MARIA, DEI et mea optima Mater, cum castissimo Sponso Tuo Josepho succure, Tu quoque Sancte Angele Custos et omnes Sancti Patroni mei, inopem juvate, ducite claudum et caecum: Tu vero p̄ae omnibus aspira DEUS meus et omnia, siquidem in Te speravi, non fundar in aeternum.

*Pater, Ave, Gloria et Credo.*

*Protestatio coram Deo.*

**S**i quidquam o mi DEUS hodie cogitavero dixero aut fecero, per imprudentiam meam, quod Divino beneplacito Tuo repugnet: coram Te Domine totaque Curia Coelesti protestor, id praeter et contra voluntatem meam eventorum. Si aliter quod



ego nolo accidat, miserere Domine et errante m̄ illico revoca, cadentem subleva, et ne id contingat, misericordissima benedictione Tua me praevenire, et veluti rem Tuam possidere ac regere digneris: arbitrii mei libertatem Tibi sic subiicio, ut illam, a Te etiam cogi cupiam et vinciri: ne contra Te rebellēt, aut contrā voluntatem Tuam vel minimum quidquam committat.

*Pater Ave et Gloria.*

**D**ominus nos benedicat ab omni malo defendat, et ad vitam perducat aeternam. Et fideliū animae per misericordiam Dei, requiescant in pace. Amen.

Sancte Angele Dei qui Custos es mei, me Tibi commissum pietate superna hodie illumina, custodi, rege et gubernā. A.

O Patriarcha pauperum Francisce, Tui precibus auge Tuorum numerum in charitate Christi, quos cancellatis manibus

cæcutens, ut moriens Jacob benedixisti.

V: Signasti Domi. Servum Tuum Fran-ciscum.

R: Signis redemptioni nostræ.

OREMUS

**D**EUS qui Ecclesiam Tuam Beati Pa-tris Nostri Francisci meritis faetu novae prolis amplificas; tribue nobis ex ejus imi-tatione terrena despicere, et Coelestium donorum semper participatione gaudere.

*Ad S. Anton. Padv.*

**S**i quaeris miracula, mors errorcalami-tas, daemon lepra fugiunt sani. \* Cedunt mare vincula, membra resque perditas pe-tunt et accipiunt, juvenes et cani. V: Pe-reunt pericula cessat et necessitas, narrent hi qui sentunt, dicant Paduani. \* Cedunt mare. V: Glorria Patri et Filio et Spiritui Sancto. Sicut erat in principio. \* Cedunt mare.

V: Praedicator eggregie, ora pro Nobis  
Antoni Beatissime. R: Ut Tua intercessio-  
ne percipiamus gaudia viæ.

## OREMUS.

**E**cclesiām Tuam DĒUS Beati Antonii Con-  
fessoris Tui conmemoratio votivā laetificet;  
ut Spiritualibus semper muniatur auxiliis  
et gaudiis perfrui mereatur aeternis.

*Ad S. Joseph. a Cupert.*

**S**alve gemma Minorum. columen et prae-  
sidium miraculorum gloria, Joseph Vir  
admirabilis. \* Tuis enim parent nutibūs,  
ignis, grando, nix, procellae, morbi, dae-  
mones, contagia, mors error, calamitas.

V: Cujus concealuit caro flammis Divini  
amoris, nobis succure miseris \* Tuis enim,  
V: Gloria Patri et Filio. \* Tuis enim,

V: Ora pro Nobis S. Joseph.

R: Ut digni efficiamur.

## OREMUS

DEUS qui ad unigenitum Filium Tuum

exaltatum a terra omnia trahere disposuisti, concede propitius ut meritis et exemplo Seraphici Confessoris Tui Josephi, supra terrenas omnes cupiditates elevati, ad eum pervenire mereamur. Qui tecum vivit et regnat.

*Ad S. Bonaventuram.*

**O** Doctor, optime Ecclesiae Sanetae lumen, Beate Bonaventura, Divinae legis amator, deprecare pro nobis Filium DEI.

V: Ora pro Nobis B: Bonaventura.

R: Ut digni efficiamur.

**O**REMUS.

**D**EUS qui S: Bonaventuram Confessorem Tuum atque Pontificem Ecclesiae Doctorem Seraphicum tribuisti, concede nos et ejus eruditione proficere, et Tuae charitatis igne succendi.

*Ad omnes SS.. Ordinis.*

**G**audere pauperes spiritu et exultate, quoniam merces vestra cnpiosa est in Coelis.

V: Aeterna fac cum Sanctis Tuis Domine.

R: In gloria numerari.

OREMUS

**P**reces nostras quaeſnmus Domine, quas Tibi in commemoratione omnium Sanctorum Seraphici Ordinis offerimus. clementer exaudi. et illorum nos tribue moribus conformari. quorum gloriosis dediti perfrui meritis et exemplis.

*Adb Providentiamq Divinam.*

**N**olit folliciti effe dicentes, quid manducabimus aut quid bibemus, scit enim Pater vester. quid xobis necesse sit. V: Jacta super Dominum curam Tuam et ipse Te enutriet. R. Et non dabit in eternum fluctuatione justo.

OREMUS.

**D**EUS cūjus providentia in sui dispositione non fallitur, Te supplices exoramus, ut noxia coneta submoveas et omnia nobis profutura concedas.

*Ad S. Cajetanum*

V: Justum deduxit Dominus per vias rectas.

R: Et ostendit illi Regnum D<sup>e</sup>r.

OREMUS.

**D**EUS qui B. Cajetano Confessori Tu-  
um Apostolicam vivendi formam imitari  
tribuisti, da nobis ejus intercessione et e-  
xemplo, in te semper confidere, et sola  
Coelestia desiderare.

*Ad S. Joan: Nepomoc.*

**Q**ui odit animam suam in hoc mundo,  
in vitam aeternam custodit eam. V: Justus  
ut palma florebit. R: Sicut cedrus Liba-  
ni multiplicabitur.

OREMUS

**D**EUS qui ob invictum B. Joannis Sa-  
cramentale silentium, nova Ecclesiam Tu-  
am Martyrii corona decorasti, da nobis  
jeus intercessione et exemplo linguam cau-  
te custodire, ac omnia potius mala quam  
animae detrimentum in in hoc saeculo to-  
lerare.

*Hic adde ad S. Patronum Annum, tum.*

*Pro. Benef. vivis, et def. 95 vive*

*Psal. DEUS misereat. Et De prof.*

V: Salvos fac servos Tuos. R: DEUS meus sperantes in Te. V: Oremus pro Benefactoribus nostris. R: Retribuere dignare Domine omnibus nobis bona facientibus propter nomen Tuum vitam aeternam V: Oremus pro fidelibus defunctis. R: Requiem aeternam dona eis domine, et lux perpetua luceat eis. V: Requiescant in pace. R: Amen. V: Domine exaudi orationem meam. R: Et clamor meus ad Te veniat. V: Dominus vobiscum. R: Et cum Spiritu Tuo.

### OREMUS

**O**mnipotens sempiternae Deus qui vivorum dommaris simul et mortuorum, omniumque misereris quos Tuos fide et opere futuros esse praenoscis; Te supplices exoramus ut pro quibus preces effundere

decrevimus, quæque vel præsens saeculum adhuc in carne retinet, vel futurum jam exutos corpore suscepit, intercedentibus omnibus Sanctis Tuis, pietatis Tuae clementia omnium delictorum suorum veniam consequantur. Per Christum Dominum nostrum. Amen.

---

## A C T U S V I R T U T U M.

*Contritionis*

**D**omine JESU Christe Salvator meus qui pro me misero peccatore, in Cruce crudelissime mori dignatus es; amo Te super omnia, amando vero doleo ex toto corde meo quod Te aliquando DEUM et creatorem meum ego pulvis et cinis offenderim. Detestor propter amorem Tuum omnia et et singula peccata mea, statuoque firmiter cum auxilio gratiae Tuae nunquam amplius peccare. Spero in misericordia Tua, in meritis passionis acerbissimae et mor-

tis Tuae, nec non confido in auxilio ac intercessione SS. Virginis Matris Tuae et omnium Sanctorum ac Sanctarum quorum interventu, Te debita atque peccata mea dimissurum spero, sicut et ego dimitto ob amorem Tuum omnibus, qui me quandoque et quomodocunque offendunt. Adjuva me Domine DEUS, nec unquam me amplius peccare permittas.

*Fidei.*

**C**redo SSman Triadem esse Patrem et Filium ac Spiritum Sanctum, tres Personas, unius tamen essentiae Deum, justum Judicem qui malos igne eeterno inferno punit, bonis vitam in Coelis largitur. Credo et confiteor Jesum Christum esse verum DEI Filium, qui Homo factus quod non erat assumpsit, non quod erat amisit; natus ex MARIA Vtrgine, in Cruce mortuus propter salutem nostram, futurus Judex vivorum et mortuorum. Credo Spiritum

Sanctum tertiam SSmae Triadis Personam  
 proeedentem a Patre et Filio, utriusque ae-  
 qualem. Credo in SSMo Eucharistiae  
 Sacramento esse verum Corpus et san-  
 guinem Domini nostri IESU Christi. Cre-  
 do in Ecclesia Sancta Catholica esse se-  
 ptem invisibilis in nobis gratiae, visibilia  
 signa; haec autem sunt: Baptismus, Con-  
 firmatio, poenitentia, Eucharistia, Extrema  
 Unctio, Ordo, et matrimonium. Insuper  
 credo ac confiteor, firmaque fide teneo  
 omnia atque singula, quaecunque Eccle-  
 sia Sancta Catholica credenda proponit:  
 est autem Ecclesia; caetus Hominum ean-  
 dem fidem consitentium, sub uno supre-  
 mo Pastore Romano Episcopo, Christique  
 Vicario, ac legitimo Petri Successore, de-  
 gentium. In hac fide mori cupio, pro ea  
 sanguinem fundere paratus: nunque pro  
 semper, quidquid Ecclesia definiverit, ego  
 probo, quidquid vero anathematizaverit

vel reprobaverit ac condemnaverit, ego quoque reprobo, anathematizo atque condemno.

*S p e c i*

**O**rnum spem meam, in Te colloco Deus meus, et quidquid possum habere boni sive spiritualis sive corporalis et in hac et in altera, vita id totum desidero, spero et volo solum consequi de Tua manu Deus meus, vita mea et unica spes mea.

*A m o r i s*

**A**mo infinitam bonitatem Tuam propter se ipsam ex toto affectu cordis et animae meae; et vellem si possem amare eo amore, quo Te amant Angeli et Homines justi, cum puorum amore conjungo imperfectorum amorem meum: immo vellem Te amare eo amore, quo Te ipsum amas Deus meus; sed quia id praestare nequeo, igitur in complementum imperfecti amo-

ris mei, volo mé totum quantus, quantus  
 sum impendere, et procurare ut ab om-  
 nibus Tibi serviatur, atque omnes Homi-  
 nes Te glorificant et ament Te Deum  
 Creatorem suum. Ex amore et propter  
 amorem Tuum consigno Tibi hodie et in  
 perpetuum, corpus et animam meam,  
 omnes potentias meas, memoriam, intel-  
 lectum voluntatem et omnes sensus meos.  
 Propono firmissime impendere omne esse  
 meum, facultates ac vires meas ad servi-  
 tium, gloriam et amorem Tuum; paratus  
 suscipere quascunque adversitates Paterna  
 Tua manus mihi immiserit, ad dandum  
 gustum Beatissimo Cordi Tuo. Denique  
 ex amore et propter amorem Tuum, pro-  
 testor mé non consentire neque consensu-  
 rum unquam, quantum in me est in ullam  
 rem, quac fiat vel cum minima offenfa  
 Tuae Divinæ Majestatis. Quod vero Te  
 aliquando offenderim, in compensationem  
 omnium negligentiarum mearum, pro-

eoque quod me tam ingratum Peccatorem  
 hucusque toleraveris, offero Divinae Ma-  
 jestati Tuae, in unione meritorum pas-  
 onis, vitae, et mortis Christi, Beatissimae  
 semper Virginis et omnium Sanctorum,  
 ex nunc pro semper, omnia opera mea  
 pretiosissimo sanguine IESU Redemptoris  
 nostri lota et involuta. Insuper illa om-  
 nia opera bona, quae faciunt Haeretici,  
 Schismatici alliue Peccatores, quae illis  
 prodesse nequit, prodessent vero, si  
 Te perfecte amare et diligere vellent, que-  
 madmodum ego Te amare et diligere volo.  
 Illa ergo omnia opera bona, quasi per  
 me facta Tibi DESU offero, Tu misericor-  
 dissime in satisfactionem pro omnibus pec-  
 catis et negligentiis meis acceptare digne-  
 ris. Volo etiam me participem fieri om-  
 nium Indulgentiarum hujus diei, quas [pro  
 desse cupio peccatrii animae meae. Tan-  
 dem iterum, iterumque doleo o! DEUS  
 meus, quod Te aliquando offenderim;

te propterea doleo quia Tu es bonus et infinite bonus, ego vero tam bonum offendit. Nolo Te amplius tam bonum Deum offendere, quem amo, et summum bonum, omnibus bonis amando praefero. Volo eonfiteri peccata mea. DEUS propitius esto mihi maximo peccatori. Amen.

*Post' hac dic quotidie devote sequenies:*

**O!** Rector universae mundi Fabricae DEUS, lumen de lumine, qui omnia sapienter disponis, et gubernas cuncta suaviter: in quo omnes thesauri sapientiae et scientiae DEI reconditi, a quo omnes Philosophi et sapientes mundi suam scientiam acceperunt; provulatus ad thronum Tuae pietatis accedo, et Te laudans DEUS meus adoro, ut tenebras obtusi et caliginosi ingenii mei, lumine et splendore gratiae Tuae caelestis, illustrare digneris, quatenus scientia litterarum imbutus, Te

intelligam, Tibique devotum exhibeam  
famulatum; ne Tuis muneribus abuteus,  
ad superbiam vitae et saeculi vanitatem,  
inde sumam pereundi materiam, unde  
debueram accipere salutis remedium, Qui  
vivis et regnas in saecula Amen.

Concede mini quaeso Omnipotens et  
misericors DEUS, quae Tibi sunt placita,  
diligenter et ardenter concupiscere, pru-  
denter investigare, et perfecte adimplere.  
Ad laudem et gloriam Nominis Tui, or-  
dina statum meum; et quod a me re-  
quiris ut faciam, tribue ut sciam, possim  
et velim; daque exequi ut oportet, et  
expedit saluti animae meae. Via mihi  
quaeso ad Te sit tuta, recta et consumata,  
non deficiens inter prospera et adversa;  
ut in iilis non extollar, et in istis non de-  
primar: ut in prosperis gratias Tibi re-  
feram; et in adversis servem patientiam.  
De nullo gaudeam nisi quod promoveat  
ad Te;

ad Te; neque doleam nisi quod abducatur a Te. Nulli placere appetam vel disdiscere timeam, nisi Tibi. Omnia in charitate da facere; et quod ad cultum Tuum non pertinet, quasi mortuum reputare. Actiones meas da peragere non ex consuetudine; sed ad Te referre cum devotione Vilescant mihi omnia transitoria propter Te, et chara sint mihi omnia Tua et Tu Deus plus quam omnia. Taedeat me gaudii quod est sine Te, nec cupiam aliquid quod est extra Te. Delectet me omnis labor qui est propter Te; et taedio-sa sit mihi omnis quies, quae non est in Te. Frequenter et ferventer da mihi dulcissime Domine cor meum ad Te dirigerem, et defectionem meam cum emendationis proposito, dolendo pensare. Fac me DEUS meus humilem sine fictione, hilarem sine dissolutione, tristem sine dejectione, maturum sine gravitate, agilem sine

levitate, veracem sine duplicitate; Te timentem sine desperatione, in Te sperantem sine praesumptione: castum sine corruptione, proximum corripere sine indignatione; diligere sine simulatione, ipsumque aedificare verbo et exemplo sine elatione: obedientem sine contradictione, patientem sine murmuratione. Da mihi dulcissime JESU cor pervigil, ita ut illud nulla a Te abducatur curiosa cogitatio; da immobile, quod nulla deorsum trahat indigna affectio; da invictum, quod nulla perturbet tribulatio; da liberum, quod nulla sibi vendicet violenta delectatio, et da rectum, quod nulla seorsum obliquet sinistra intentio. Largire mihi dulcissime DEUS meus, intellectum Te cognoscentem, diligentiam Te quaerentem, sapientiam Te invenientem, conversationem Tibi placentem, perseverantiam Te dulciter et fiducialiter expectantem, fiduciam te feliciter amplectentem. Tuis poenis configi per-

paenitentiam; Tuis beneficiis uti in via per gratiam; et gaudiis Tuis frui in Patria per gloriam. Amen.

Respice piissime Pater Ecclesiam Tuam, Sanctam, Catholicam Apostolicam, una cum Beatissimo Papa Nostro N. da ei verbo et exemplo quibus praest proficere, ut una eum grege sibi credito ad vitam perveniat sempiternam: subiice ei omnes barbaras Nationes; Judoeos quoque Schismaticos et Haereticos ad agnitionem Tui Nomini compelle, atque errabundas oviculas in sinum Sanctae Matris Ecclesiae reducere digneris. Fiant etiam Domine oculi Tui intendentis super Regnum istud, Serenissimum Regem nostrum N. et super omnes Proceres, status et ditiones Regni istius; super Regionem istam et omnem Christianum populum; sapientiam, pacem charitatem et omnia quae nosti esse necessaria, clemens et propitius tribuere digne-

ris. Sed et propitius intuere, atque re-  
 spisce istam ab omni adversitate Familiam,  
 ut te Rectore, Te Duce, sic transeamus  
 per bona temporalia, ut non amittamus  
 aeterna. Religionem meam assidue guber-  
 no Seraphicam, et in finem saeculi illaesam  
 conserva. Domum istam quam Tui Servuli  
 incolunt, ab omni periculo libera, nobis-  
 que necessaria largire; charitatem cordibus  
 nostris infunde, ut sit inter nos domicili-  
 um incolumentatis, stabilitatis, et pacis.  
 Superiores meos in administrando sibi cre-  
 dito grege fac vigilare; Subditos vero vi-  
 am mandatorum Tuorum currere, et ad  
 Te qui vita es, da nobis omnibus in Te  
 confidentibus feliciter pervenire. Bene-  
 factoribus Nostris sempiterna bona retrí-  
 bue; et fidelibus defunctis, requiem aeter-  
 nam concede. Amen.

*Ante inchoationem uniuscuiusque operis.*

**O**ro Te o Domine JESU, da puram, rectam, simplicemque in omnibus actionibus meis opinionem et propositum, ne quid in hac vita quaeram vel etiam cupiam praeter id quod mihi salutare, Tuae Divinae Majestati beneplacitum, et proximis meis sit fructiferum. Amen.

*Opere iam absolute.*

**V**irtus nostra Domine DEUS in Te solo est, frustra sudamus, nihilo proficimus, gratiae Tuae destituti auxilio. Gratias ergo immensas Tibi refero, pro Clementissima Tua laboris mei benedictione, sine qua nihil ad effectum deduxisset: Tu enim es solus sapientia, Tu solus fortitudo, per Te confeci haec omnia Tuae ergo gratiae haec accepta fero. Qui vivis et regnas.

*Orat. domo exeuntis.*

V. Vias Tuas Domine demonstra mihi.  
 R. Et semitas Tuas edoce me. V. Gressus meos dirige secundum eloquium Tuum.  
 R. Ut non dominetur mei omnis iniustitia. V. Perfice gressus meos in semitis Tuis. R. Ut non moveantur vestigia mea. V. Averte oculos meos ne videant vanitatem. R. In via Tua vivifica me. V. Custodi Domine introitum et exitum meum. R. Ut stantes sint pedes mei in atriis Tuis Jerusalem. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad Te veniat. V. Dominus vobis-  
 cum. R. Et cum Spiritu Tuo.

## OREMUS

**D**omine JESU Christe Fili Dei vivi, per quinque plagas Corporis Tui, sana et custodi quinque sensus corporis mei, et omnia interiora mea; et depelle omne ne-

fas adversantium mihi vitiorum per virtutem Sanctae Crucis Tuae et me munatum Tuo auxilio, ad portum salutis aeternae, ab omni cogitatione peccati immunitatem perducere digneris. Precor vos omnes Sancti Angeli, ut vestra intercessione mihi detur auxilium et potentia, ut nullus Inimicus mihi nocere possit in via nec aqua nec igne, nec dormientem, nec vigilantem opprimat. Adesto quaesumus Domine supplicationibus Nostris, et viam Famulorum Tuorum in salutis Tuae prosperitate dispone, ut inter omnes viae et vitae hujus varietates, Tuo semper protegamus auxilio. Per Christum.

V. Procedamus in pace.

V. In Nomine Christi Amen.

*Orat, domum redeuntis.*

V. Beati qui habitant in domo Tua Domine. R. In saecula saeculorum laudabunt Te. V. Repleatur os meum laude. R. Ut cantem gloriam Tuam, tota die

magnitudinem Tuam. V. Averte faciem  
Tuam a peccatis meis. R. Et omnes ini-  
quitates meas dele. V. Cor mundum  
crea in me DEUS. R. Et Spiritum rectum  
innova in visceribus meis. V. Domine  
exaudi orationem meam. R. Et clamor  
meus ad Te veniat. V. Dominus vobis-  
cum. R. Et cum Spiritu Tuo.

## OREMUS.

**O**mnipotens sempiterne DEUS, miserere  
Famulo Tuo, et quidquid mihi in via sur-  
ripuit visus, vel auditus, aut otiosi ser-  
monens, id totum ineffabili pietate Tua  
clementer indulge. Per Christum Dominum,

V. Sit Nomen Domini benedictum.  
R. Ex hoc nunc et usque in saeculum Amen.

*Orat. introeuntis Coemeterium.*

**S**alvete vos omnes fideles animae quo-  
rum corpora hic et ubique requiescant in  
pulvere. Dominus noster JESUS Christus,

qui nos et vos redemit suo pretiosissimo sanguine, dignetur vos a poenis liberare, et caetui Angelorum aggregare: ibique Nostrí memores exorate, ut et vobis associemur, et in coelis vobiscum coronemur. Amem.

*Orat, praetereuntis Imag. Crucifixi.*

**S**alva nos Christe Salvator per virtutem Sanctae Crucis; qui salvasti Petrum in mari, miserere nobis. V. Omnis terra adoret Te et psallat Tibi. R. Psalmum dicat Nomihi Tuo Domine.

**OREMUS**

**D**EUS qui Sanctam Crucem ascendisti, et tenebras mundi illuminasti; Tu corda et corpora nostra per virtutem S. Crucis illuminare dignare. Qui vivis: cum Deo Patre.

*Orat. exeuntis e Coemeterio.*

**V**alete vos omnes fideles animae, quae iacetis in gremio terrae longe lateque benedicat vos sol justitiae, et claritate lumenis sui perfrui vos faciat sine fine. Amen.

**OREMUS.**

**R**espice quasumus Omnipotens DEUS super animas Famulorum Famularumque Tuarum, et omnium fidelium defunctorum, et omnium Christianorum; pro quibus salvandis, nudus expansis manibus in Cruce peperdisti, et quinque volnera pertulisti, amaramque mortem subire voluisti. Qui vivis.

*Oratio Ecclesiam ingredientis.*

**A**ufer a me queso misericordissime DEUS omnes iniurias meas, ut ad Sancta Sanctorum, pura, contrita et indistracta, mente, valeam introire. » Introibo in domum

» Tuam Domine; adorabo ad Templum  
 » Sanctum Tuum et confitebor Nomihi Tuo.  
 » Introibo in domum Tuam in holocaustis;  
 » reddam Tibi vota mea, quae distinxerunt  
 » labia mea. Quoniam ad Te orabo Do-  
 » mine; mane exaudies vocem meam. Ma-  
 » ne astabo Tibi et videbo; quoniam non  
 » DEUS volens iniuriam Tu es. Beati qui  
 » habitant in domo Tua Domine; in saecula  
 » saeculorum laudabunt Te.

*Orat. aqua benedicta se aspergentis.*

**A**sperges me Domine hyssopo et mun-  
 dabor; lavabis me et super nivem dealba-  
 bor. V. Miserere mei DEUS secundum ma-  
 gnam misericordiam Tuam. Gloria Patri  
 et Filio. Lavabis me. V. Ostende nobis  
 Domine misericordiam Tuam. R. Et salu-  
 tare Tuum da nobis:

**OREMUS**

**P**raesta quaesumus Omnipotens DEUS per

hujus aquae aspersionem sanitatem corporis, integritatem mentis, tutelam salutis, securitatem spei, corroborationem fidei hie et in aeterna saecula saeculorum Amen.

*Dein flexis genibus dic.*

**O**mnis terra adoret Te et psallat Tibi; psalmum dicat Nomihi Tuo. Flecto genua mea ad Patrem Domini Nostri IESU Christi, ex quo Paternitas in coelo et in terra nominatur. Ave benigne IESU; beatus venter qui Te portavit, et ubera quae suxisti, Ave verum Corpus, natum de MARIA Virgine, vere passum immolatum in cruce pro homine, cuius latus perforatum, unda fluxit et sanguine esto nobis praegustatum in mortis examine. O dulcis! o pie! o IESU Fili MARIAE miserere mei. Amen.

*Præparatio ad devotionem.*

**O**mnipotens, clemens, et misericors

**D**EUS, Tibi omnes Caelites, cives Superni,  
 et cuncti Beatorum Spirituum Ordines  
 gloriam et honorem suppliciter adorantes  
 concinunt fine fine. Te Domine omnes  
 Sancti et animae justorum magnifice et  
 honorabiliter laudant; Te enim decet  
 omnis honor et gloria; nec ulla est crea-  
 tura quantumvis praestans ac felix, quae  
 Te satis digne extollere et praedicare pos-  
 sit. Tu enim es suimum illud et infi-  
 nitum ac incomprehensibile bonum. Tu  
 DEUS me creasti; Tu me perditum beneficio  
 dilectissimi Filii Tui, qui in Cruce pronobis  
 passus est, redemisti; Tibi uni quidquid vel  
 in corpore vel in anima boni possideo, ac-  
 ceptum ferre cogor. Ah miser ego homu-  
 nio, portio quaedam Tu iplasmatis, reptile  
 quoddam, desiderio magno Te laudare con-  
 cupisco, Te exaltare cupio, Tibi benedi-  
 cere et gratias agere exopto: sed hoc  
 quamvis amore Tuo ardeam, sine Tua  
 gratia praestare nequeo. Te igitur obo

DEUS meus, vita mea fortitudo mea, spes  
 et salus mea unica, dignare me laudare  
 Te. Tu largire et propitius concede ut  
 Te digne glorificare possim, utque Tibi  
 mea laus placeat; Da mihi lumen Tuae  
 gratiae in corde, verbum in ore ut cor  
 meum meditetur gloriam Tuam, et lingua  
 mea tota die cantet laudem Tuam Sed  
 qui, non est pulchra laus in ore peccatoris,  
 et quia Vir pollutus labiis ego sum, ob-  
 secro munda cor meum ab omni inqui-  
 namento. Sancti sica me Sanctifactor om-  
 nipotens interius et exterius et fac me di-  
 gnum laudibus Tuis. Suscipe benigne sa-  
 crificium labiorum meorum fiatque acce-  
 ptabili in conspectu Tuo, et ascendat ad  
 Te in odorem suavitatis. Memoria Tua  
 Sancta et dulcedo suavissima, possideat  
 totam animam meam atque in invisibilium  
 amorem rapiat eam. Fac Domine meus  
 ut transferatur anima mea de visibilibus  
 ad invisibilia, de terrenis ad coelestia, de

temporaiibus ad aeterna bona, transeathinc et videat visionem mirabilem. O! Deus mitissime moderare cor meum, ut Tibi debitum et convenientem honorem perpetuo deferat. Tribue mihi ut in hac peregrinatione et lachrymarum valle sic Te possim laudare, ut per Tuam misericordiam et gratiam eorum consortio adjungar, qui Te semper vident, ei sine fine in coelo laudant. Amen:

*Confessio Precatoris.*

**A**spice animam meam o! Pater misericordiae, quam secundum imaginem Tuam creasti, et sanguine dilecti Filii Tui ablutam mundasti. Hanc autem ego' peccatis meis sic pollui ac defaedavi; ut vix possit, agnisci. O! Pater optime Filius Tuus fui, quem tanta gratia comprehenderas et beneficiis cumulaveras. Fui in domo Tua cum honore et dignitate. In Sacramento Baptismi clementer me adoptave-

ras. Filii et Haereditas mihi locum dederas;  
 sed ego ingrate et impie me gessi, eo  
 pessimus quo Regii Sacerdoti Tui charac-  
 tere insignitus: haereditatem Tua clemen-  
 tia mihi oblatam turpiter vivendo dissipavi;  
 flore juventutis, pulchritudine corporis,  
 et animae bonis, omnibus voluntate mea,  
 facultatibus praeterea ad voluptatem carnis,  
 ad gaudia hujus mundi, in superbia, cra-  
 pula, invidia, libidine, avaritia, in acedia re-  
 bellione et inobedientia in libertate carnis pes-  
 sime abusus sum. Nunc cum nihil mihi su-  
 per sit, cum omnia amiserim, cum merito  
 meo. Divina gratia et amore sim privatus;  
 sedeo juxta linrum carnalium voluptatum  
 et Tuae gratiae ac dignitatis qua me affe-  
 ceras, oblitus sum. Cupiditatem meam  
 furfureo porcorum pastu explere cupio,  
 hoc est quaero carnales mundanasque de-  
 licias, quibus me saturare gestio. Sed  
 non nutrit iste cibus, neque hec fatiant  
     glandes.

Omnes namque temporales hujus mundi  
 et carnis voluptates vanissimae certe sunt,  
 et velut ventus evanescunt. Omnis caro  
 faenum est, omnis gloria hominis, veluti  
 flos graminis. Hodie qui superbit divitiis,  
 cras subita paupertate mæret: hodie inco-  
 lumis incedit, cras infirmus decumbit:  
 hodie vivit et spirat, cras moritur iacetque  
 exangue cadaver: hodie in magna pompa  
 exultat, cras adfertur triste feretrum et  
 lamentabile funus producitur. Te igitur  
 oro o! misericors Pater, averte faciem  
 Tuam apeccatis meis, neve eorum in ira  
 et furore Tuo memineris. Respice me pla-  
 catus et miserere mei, sum enim longe  
 infeliciissimus et miserrimus. Mea culpa,  
 mea vita impia. Tua gratia me indignum  
 feci. Malis concupiscentiis vulneratus sum  
 et laethaliter quidem, nihil sani est in carne  
 mea. Saepe Spiritum Sanctum Tuum  
 offendit, quodmagis libidini meae obse-

cutus quam inspirationi Divinae morem  
 gessi. Sed o! clemens Pater Te oro, ne  
 proiicias mea facie Tua. Tu a mundi exordio  
 neminem peccatorum aversatus es, aut  
 contemptum reiecisti, qui ex corde Tuam  
 gratiam et auxilium expetiit. Sic et ego  
 igitur Filius perditus ad Te o! Pater be-  
 nignissime in summa necessitate venio, ad  
 pedes Tuae Majestatis me provolvo, et  
 sine ulla reticentia peccatorum meorum,  
 magnitudinem pondus varietatem et mul-  
 titudinem confiteor. Haec fecerunt ut non  
 sim dignus vocari Filius Tuus sed oro Te  
 o! Pater benigne et misericors, fac me  
 sicut unum ex mercenariis in domo Tua;  
 da mihi ut poenitentiam agam in tempore  
 gratiae. Pasce me et fove me pane verbi  
 Tui, et cibo salutari me recrea, ut se-  
 cundum sermones Tuos perseveranter vi-  
 vam, et ut per misericordiam Tuam at-  
 que pietatem Paternam in gratiam recipi  
 merear, et restituas in dignitatem Filiorum

DEI, et aeternae haereditatis portionem in  
Aula Tua coelesti naniciscar. Amen.

*Preces S. P. Francisci praep. ad Div. Off.*

V. Sanctus, Sanctus, Sanctus Domi-  
nus DEUS noster omnipotens, qui erat,  
qui est, et qui venturus est. R. Et lau-  
demus et superexalteamus eum in saecula.  
V. Dignus es Domine DEUS noster accipere  
laudem et gloriam et honorem et bene-  
dictionem. R. Et laudemus et superexal-  
temus eum in saecula. V. Dignus est  
Agnus qui ocoisus est accipere virtutem  
et Divitatem, et sapientiam et fortitudi-  
nem, et honorem et gloriam et benedictio-  
nem. R. Et laudemus et. V. Benedica-  
mus Patrem et Filium cum Sancto Spiriti-  
tu. R. Et laudemus et. V. Leudem dicite  
Deo omnes servi ejus, et qui timetis Demu-  
pusilli et magni. R. Et laudemus et. V.  
Laudent illum gloriosum Goeli et terra,

et omnis creatura quae in coelo est et super terram et subtus terram; mare et terra et omnia quae in eis sunt. R. Et laudemus et. V. Gloria Patri et Filio et Spiritui Sancto. R. Et laudemus et. V. Sicut erat in principio et nunc et semper et in saecula saeculorum. R. Et laudemus et superexaltemus eum in saecula. Amen.

### OREMUS.

**O**mnipotens Sanctissime Altissime et summe Deus, summum bonum, omne bonum, totum bonum, qui solus es bonus; Tibi reddamus omnem laudem, omnem gloriam, omnem honorem, omnem benedictionem, et omnia bona Tibi referamus semper, per Iesum Christum Filium Tuum, Dominum nostrum. Amen.

*Post quamlibet vero Horam sequentes  
Oratiunculas devote recitantibus, Benedictus  
Papa XII. duodecem millia dierum, et*

*omnium negligentiarum ex distractione non  
voluntaria in Divinis Officiis commissarum,  
Indulgentiam concessit.*

*Post Matutinum.*

**P**atris Sapientia, Veritas Divina **D**EUS  
Homo captus est hora matutina.

A suis Discipulis cito derelictus Ju-  
daeis est traditus, venditus afflictus.

Ita Pater, qui sic placitum est ante  
Te, ut patiar pro illis, fiat. Q! amor sa-  
lutis humanae: Benedictus **D**EUS et Pater  
immensae misericordiae in saecula. Amen.

*Et similiter ad singulas Horas.*

V. Proprio Filio non pepercit **D**EUS.

R. Sed pro nobis omnibus tradidit illum.

**O R A T I O .**

**D**omine JESU Christe, Fili D<sup>e</sup>r vivi,  
qui hora matutina pro nobis peccatoribus,  
post effusionem sanguinei sudoris, tradi-  
capi, trahi et ligari, alapis caedi et con-  
spui voluisti, et cum gloria resurrexisti;

fac-nōs quaesumus contumelias et opprobria, pro Tui Nominis gloria laetanter suscipere, et sic Tuæ Sacratissimæ Passionis memoriam recordari, ut ad piae resurrectionis gaudia feliciter pervenire mereamur.  
Qui vivis etc.

*Post Primam.*

Hora prima Dominum ducunt ad Pilatum.

Falsis testimoniis multum accusatum.

In collum percutiunt manibus ligatum.

Vultum D<sup>E</sup>R conspuunt lumen Coeli gratum.

Ita Pater, quia sic placitum estante Te etc. ut supra.

V. Insurrexerunt in me Testes inniqui.

R. Et mentita est iniquitas sibi.

**O R A T I O .**

**D**omine JESU Christe Fili D<sup>E</sup>R vivi, qui prima hora diei pro nobis peccatoribus, contumeliose instar latronis impio Judic

Pilato es praesentatus, et saevientium contra Te crudelissimas voces, tanquam agnus mansuetus patientissime tolerasti; da nobis pro Tui Nominis gloria ut cum astiterimus Tuo terrifico Tribunali, non dammemur aeterno supplicio, sed cum Tuis fidelibus Coelestibus consolari mereamur. Qui vivis etc.

*Post Tertiam.*

Crucifige clamitant hora tertiarum  
Illusus induitur veste purpurarum.

Caput ejus pungitur corona spinarum.

Crucem portat humeris ad locum paenarum.

Ita Pater etc. ut supra.

V. Supra dorsum meum fabrieaverunt peccatores.

R. Prolongaverunt iniquitatem sibi,

**O R A T I O.**

**D**omine JESU Christe Fili DEI vivi, qui hora diei tertia flagellis caesu et spinis

coronatus fuisti, et ad Crucis tormenta pro salute mundi, Crucem Tuam sacris humeris portaudo ductus es: Te suppliciter exoramus, ut per virtutem Tuae Sacratissimae Passionis, omnia peccata nostra deleas et ad Tuae beatitudinis gloriam sempernām nos misericorditer perducas. Qui vivis etc.

*Post Sextam.*

Hora sexta JESUS est cruci conclaveatus.  
Et est cum latromibus pendens reputatus.

Prae tormentis sitiens felle saturatus.

Agnus crimen diluens, sic ludificatus.

Ita Pater etc. ut supra.

V. Foderunt manus meas et pedes meos.

R. Dmumeveraxerunt omnia ossa mea.

**O R A T I O .**

**D**omine JESU Christe Fili DEI vivi, qui ad exprimentium ad Te revertentibus Tuae

benignitatis affectum hora sexta Tua Sanctissima brachia in crucis patibulo extendisti, et in Sacratissimo corpore Tuo pronostris sanandis vulneribus quinque pertulisti vulnero, nostramque salutem sitiens felle et aceto potari Te permisisti; da nobis in sanguine Tuo proficere, et amore Tuo fervere, ut Tuis mereamur amplectibus aeternaliter inhaerere. Qui vivis etc.

*Post Nonam.*

Hora non Dominus JESUS exspiravit.

Heli clamans animam, Patri commendavit.

Latus ejus lancea Miles perforavit.

Terra tunc contremuit, et solobscuravit.

Ita Pater etc. ut supra,

V. In manus Tuas Domine commendo Spiritum meum.

R. Redemisti nos Domine DEUS veritatis.

**O R A T I O.**

**D**omine JESU Christe Fili DEI vivi, pui hora diei nona, expansis in cruce mani-

bus et inclinato capite|| clamans et lachry-  
mans DEO Patri Spiritum tradidisti et in  
dulcissimi lateris Tui apertione, in pre-  
tium nostrae Redemptionis sanguinem Tu-  
um fudisti, latronemque sero proenitentem  
in Paradisum suscepisti; da nobis indignis  
Famulis Tuis in hora mortis nostrae ani-  
mas nostras ad Te, pui vere Paradisus es,  
misericorditer pervenire. Qui vivis etc.

*Post Vespertas.*

De Cruce deponitur hora vespertina.  
Fortitudo latuit in mente Divinā.  
Talem mortem subiit, vitae medicinā.  
Heu corona gloriae jacuit supina.  
Ita Pater etc. ut supra.

V. Christus factus est pro nobis obe-  
diens usque ad mortem.

R. Mortem autem crucis.

O R A T I O.

D

omine JESU Christe Fili Dui vivi, aeter-  
nae beatitudinis Conditor, pui hora vès-

pertina de cruce in Tuae Matris sinum depositus, conditus es aromatibus; concede propitius ut depositis nostrorum peccatorum sarcinis, ante conspectum Divinae Majestatis Tuae praesentati inter Sanctos et electos Tuos tecum aeternaliter gaudeamus. Qui vivis.

*Post Completorium.*

**Hora Completorii** datur sepulturae.

**Corpus Christi**, nobile, spes vitae futurae.

**Conditur aromate**, complentur scripturae.

**Jugi sit memoriae**, mors haec mihi curae.

**Ita Pater etc.** ut supra.

**V.** In pace factus est locus ejus.

**R.** Et in Sion habitatio ejus.

*ORATIO.*

**D**omine JESU Christe Fili DEI vivi qui hora Completorii sepultus es, et a Matre Tua maestissima et ab aliis Mulieribus planctus, lamentus fuisti; fac nos Domine gementes et lamentantes, Tuam devoutissime

de plangere Passionem; cuius nos memoriām ecolentes, de exilio ad Patriam, de labore ad requiem, de maerore ad Beatisimae Tuae visionis consolationem pervenire concedas. Qui vivis etc.

### *Commendatio.*

Has horas canonicas cum devotione.

Tibi Christe recolo piā ratione.

Ut qui pro me pessus es amoris ardore.

Sis mihi solatium, mortis in agone.

### *Susprium.*

**E**heu! Domine mi! quando pura simplici et laeta mente Te colam; quando quieta serena et stabili conscientia Tibi serviam; quando ab immensitatem amoris Tui absorbebitur cor meum! quid volo praeter Te, aut quid omnia mihi prædesse possunt sine Te, Tu solus sufficiis animae meae! o DEUS meus et omnia.

## ORATIO.

*Pro supplemento, negligentioe in horarum  
recitationem, post expletum officium  
dicenda.*

**O** Bone Iesu! prop̄tius esto mihi pe-  
catori! ego tepidum et distractum officium  
commendo mellifluo cordi Tuo emandan-  
dum, in satisfactionem efficacissimam Di-  
vinae Tuae justitiae: Tibique offero ad  
salutem omnium tam vivorum quam de-  
functorum, in unione meritorum Eccle-  
siae militantis et triumphantis, in unione  
illius perfectissimae attentionis Tuae, qua  
Patrem orasti et laudasti in terris, respon-  
de queso, satisfac et supple pro me ple-  
nissime.

## ALIA ORATIO.

*Quām cuilibet Sacerdoti dicenti ante Ho-  
ras Canonicas Sixtus Papa concessit  
30. Anos Indulgentiarum.*

**C**onfiteor Tibi Rex Coeli et terrae

omnia peccata quae commisi a die nativitatis meae usque nunc mortaliter, veniam liter, et quocunque modo, nocte, die, cogitatione, verbis, operibus, consensu, et aliis quibuscumque modis adversus Sacratissimam voluntatem Tuam et mandata peccando, aut quavis negligentia committingo: Tibi soli confiteor et veniam peto, ne Tua ira veniat super me miserum et maximum peccatorem. Tibi Domine hodie et quotidie commendō animam meam et corpus meum, et precor Te ut mihi indulgere digneris omnia peccata, et esto misericors mei miserrimi, et perducere me digneris ad vitam aeternam, propter nomen Tuum Sanctissimum, cui soli laus, honor, gloria, decus, potestas et imperium, in saecula saeculorum. Amen.

## ORATIO.

*Quam flexis genibus post Div: Offic: devote recit; Leo X. culpas in eo ex humana fragilitate contractas, indulxit.*

**S**acrosanctae et Individuae Trinitati, Crucifixi Domini Nostri Jesu Christi Humanitati, Beatissimae, gloriosissimae semperque Virginis MARIE faecundae integritati, et omnium Sanctorum universitati, sit sempiterna laus, honor, virtus et gloria, ab omni creatura, nobisque remissio omnium peccatorum per infinitam saecula saeculorum. Amen.

V. Beata viscera MARIE Virginis quae portaverunt aeterni Patris Filium R. Et beata ubera, quae lactaverunt Christum Dominum Pater noster. Ave MARIA.

ORATIO FINALIS.

V. Non nobis Domine non nobis.

R. Sed nomini Tuo da gloriam.

OREMUS

**S**uspice clementissime Deus, precibus et meritis, Beatae MARIE semper Virginis, Beati Patris Nostri Francisci et Omnium

Sanctorum et Sanctorum officium servitutis nostrae; et si quid dignum laude egimus propitiis respice; et quod negligenter actum est, ciementer ignosce. Qui in Trinitate perfecta vivis et regnas Deus, in saecula saeculorum. R. Amen.

*Tuam conversus ad imigiuem Crucifixi  
profunde inclinatus dic.*

V. Adoramus Te Christe et benedicimus Tibi.

R. Quia per Sanctam Crucem Tuam redemisti Mundum, miserere nobis.

*Ad S. S. Euch. Sacramentum.*

V. Laudetur S. S. Sacramentum.

R. Et nunc et semper et in saecula saeculorum. Amen.

*Denique percutiendo pectus ter, recessurus  
e loco dic. Deus propitus etc.*

## P A R S II.

## P R E C A T I O N E S

L I T U R G I C A E.

A N T E   E T   P O S T   M I S S A M

*Ante Confessionem.*

Dic: *Veni Sancte Spiritus. etc.* ut sup.  
 Dein examina serio conscientiam, juxta  
 illud Pauli: *probet seipsum homo, et sic de-*  
*pane illo edat, et de calice bibat qui enim*  
*etc.* I. Cor. 11.

Tum discuta conscientia.

## O R A T I O .

*Pro impetrando dolore et remissione*  
*peccatorum.*

Heu me! quam durā et insensata facta  
 est infelix anima mea? et quomodo sic  
 induruit cor meum ut non ingemiscat, et  
 dolore non tabescat ob multitudinem ini-  
 quitatis suae? O Domine! dives in misé-

ricordia et largus in miserationibus, qui non vis mortem peccatoris, sed ut convertatur et vivat; mollifica cor meum, ut tandem redeat ad se, ut in dolore ac planctu multo lugeat, quod te summum ac infinitum bonum, toties ad justam iram et vindictam provocarit; ut vera cordis contritione, cum pavore et tremore indefinenter doleat, et malis suis illachrymetur, ut tu **DEUS** meus cor contritum et humiliatum non despicias. Succurrite omnes coelites peccatricei huic animae; succurre Mater misericordiae; t<sup>u</sup>que Angele Custos, et Sancti Patroni mei N. N. coram quibus propono, peccata emendare, occasiones subterfugere, paratus ad DEI gloriam, quaecunque adversa tolerare.

### ORATIO.

*Ante Confessionem.*

**S**uscipe confessionem meam, piissime ac clementissime Domine JESU Christe.

unica spes salutis animae meae; et da mihi  
 obsecro contritionem cordis, et lachrymas  
 oculis meis, ut defleam diebus ac nocti-  
 bus omnes negligentias meas cum humi-  
 litate et puritate cordis. Appropinquet  
 oratio mea in conspectu tuo Domine. Si  
 iratus fuèris contra me, quem adjutorum  
 quaeram? Quis miserebitur iniquitatibus  
 meis? Memento mei Domine, qui Cha-  
 nanaeum et Publicanum vocasti ad poenitentiam,  
 et Petrum lachrymantem suscep-  
 pisti. Domine DEUS meus suscipe preces  
 meas. Salvator mundi JESU bone, qui Te  
 Crucis morti dedisti, ut peccatores salvos  
 faceres, respice me miserum peccatorem,  
 invocantem Nomen Tuum, et noli sic  
 attendere malum meum, ut obliviscaris  
 bonum tuum. Et si commisi, unde me  
 damnare potes, ut non amisisti, unde sal-  
 vare soles Parce ergo mihi, qui es Sal-  
 vator meus, et miserere peccatri ci animae

meae. Solve vincula ejus, et sana vulnera  
 Domine JESU. Te desidero, Te quaero,  
 Te volo, ostende mihi faciem Tuam et  
 salvus ero. Emitte igitur piissime Domi-  
 ne, meritis purissimae et Immaculatae  
 semper Virginis Genitricis Tuae MARIAE  
 et Sanctorum tuorum, lucem tuam et  
 veritatem tuam in animam meam, quae  
 omnes defectus meos in veritate mihi osten-  
 dat, quos confiteri me oportet: atque  
 juvet et doceat ipsos pleno et contrito  
 corde explicare. Qui vivis et regnas.

### A C T U S.

#### *Solidae Contritionis.*

**O**amabilissime Domine JESU Christe,  
 amor meus, pro me crucifice, amo Te  
 super omnia toto corde, ob infinitam bo-  
 nitatem omnesque Divinas perfectiones Tu-  
 as, et si possem omnium Angelorum et  
 Sanctorum tuorum amore, Te amarem,  
 nam omni amore es dignissimus. Et quia

sic Te amo, poenitet me, et toto mentis  
 affectu doleo, quod ego vilissima creatura  
 Tue, contra Te optimum Deum meum,  
 cui omne peccatum vehementissime dis-  
 plicet, unquam peccaverim; o! si te non  
 oflendissem! o non egissem id, quod Sanctissimae  
 Tuae voluntati et amori sic con-  
 trarium est. Revoco, retracto, detestor,  
 annulo, et quantum possum annihilo,  
 quidquid feci cogitatione, verbo, opere,  
 et omissione contra Te cupioque ac de-  
 sidero, tota anima mea id me non fe-  
 cisse. Heu! poenitet me iterum atque  
 iterum et millies, poenitebitque tota vita  
 mea. Et quamvis nulla poena aut infer-  
 nus esset, nullum coelum; tua tamen  
 amabilissima bonitas, a me offensa, suffi-  
 cit ut cor dolore disrumpatur, et oculi  
 flumina lachrymarum profundant. Propo-  
 no firmissime cum gratia tua, Sanctissimae  
 tuae legi in posterum obedire, peccatum  
 quodvis super omne aliud malum vitare,

integre confiteri, poenitentiam injunctam  
 explere, proximo meo si quid teneor et  
 deboe satisfacere, offendenti Te occasio-  
 nes, quantum possum fugere. Condono  
 omnibus omnes injurias et offensas mi-  
 hi factas, sicut meas a Te mihi peto con-  
 donari. Offero Tibi vitam et actiones me-  
 as bonas, cum gratia tua a me faciendas,  
 et omnes afflictiones (quas juste pro pec-  
 catis meis mereor) a me sustinendas, in  
 aliquam compensationem tot offensarum  
 et injuriarum a me tibi illatarum. Insu-  
 per offero tibi intensissimos compunctionis  
 et detestationis affectus, quos unquam ve-  
 re poenitentes et sua vel aliena peccata  
 deflentes elicuerunt, et deinceps elicient;  
 quos omnes siego solus possem, et si tibi  
 placeret, eos mihi dare, et alios omnes  
 possibiles elicere desidero. Offero inquam  
 haec omnia in unione perfectissima lachry-  
 marum tuarum, quibus o Amantissime  
 Iesu nostra peccata deflevisti: laborum

item et cruciatuum, quibus eadem expiasti, et omnium meritorum tuorum, per quae spero veniam peccatorum meorum, et uberem gratiam, a misericordissimis viseribus tuis, ut me emendem, et piac bonam vitam instituam.

### ORATIO.

*Jam jam confessuri.*

**S**crutator cordium Deus, miserere minucie peccatricis animae meae, ejusque clementer et vincula solve, et vulnera sana. Da cordi meo contritionem, et lachrymarum fontem oculis meis; ut cum humilitate et puritate cordis omnes iniquitates et negligentias meas digne defleam, et integre aperiam, fructusque sacratissime Passionis Christi, reviviscat anima mea in vitam aeternam. Amen.

*Humiliter itaque prostratus ad pedes Sacerdotis, manibus junctis, et inclinato capite dic clare sed humiliter: Benedicite*

*Pater. Benedictione accepta; Confiteor Deo  
etc. usque ad mea maxima culpa. Quo fi-  
nito conversus ad aures Sacerdotis, accu-  
sate hac vel simili forma:*

Dolens me accuso coram Deo et Re-  
verentia Vestra, de peccatis a me commissis,  
a praeterita confessione die. N. Festo N.  
Injunctam imprimis satisfactionem, pro  
posse cum auxilio Dei explevi, nihilomi-  
nus infelix peccator, iterum Dominum De-  
um sequentibus offendи, videlicet;

*Hic enumera species, numerum et  
circumstantias peccatorum, quibus finitis  
conclude.*

De his itaque et aliis quorum non  
memini, etiam totius anteactae vitae quam-  
vis jam confessis, vel inculpabiliter oblitis  
peccatis meis, doleo ex toto corde meo,  
propono seriam emendationem cum auxi-  
lio gratiae Divinae, a te vero Pater, peto  
salutarem poenitentiam et absolutionem.

*Postea, sis inat Sacerdos; dicere poteris flexo poplite: Ideo precor B. M. V. usque ad finem. Et tandem sub tempus absolutionis repetitis vicibus, percutiendo pectus Deus propitius esto mihi peccatori. Vel etiam corde aut ore sequentes Actus.*

*Credo Deus meus, et spero quod virtute hujus Sacramentū, per merita Domini mei Iesu Christi remittas mihi omnia peccata mea. Doleo et poenitet me, quod Te offenderim; non offendam amplius adjuvante tua gratia, aeternum amabo super omnia: millies mori praestat, quam te unquam deliberate offendere.*

### ORATIO.

#### *Post Confessionem.*

**A**d te o benignissime Iesu revertor, et gratias ago quod a faedissima peccatorum lepra, mundare me dignatus fueris. Sit nomen tuum o Iesu benedictum in saecula. Vere tu Jesus, idest Salvator es,

qui neminem a Te quantumvis flagitiosum repellis, qui omnes serio poenitentes in gratiam recipis, et in numerum Filiorum tuorum adscribis. Misericordiae Tuae viscera o JESU agnosco et amplector, meque totum servitio tuo deinceps addico. Adjuva obsecro imbecillitatem meam, ut nunquam hujus tui mihi praestiti beneficii oblitus, amore illius delectationis aut praeposteri affectus impulsu, in propria peccata relabar, meque a te separem. Cor et animam meam dilectionis Tuae brachiis ita tecum constringo, ut dicere cum Apostolo audeam, me nulla amplius vi separari a charitate tua.

Sed iterum atque iterum, o misericordiarum Pater, ego peccator, coram solo divinae Tuae Majestatis compareo, multitudinem delictorum meorum ad tuos pedes proiicio. Multiplicata erant in carne mea super numerum, et veluti onus grave, grayata sunt super me. Agnosco Do-

mine **DEUS** hoc Sathanae Regnum esse in me, quod carnis concupiscentiam secutus, in vanitate cogitationum, in levitate verborum, in stultitia operum, in caecitate cordis, in amore mei, in mentitiae virtutis colore, et denique in picta demortuae fidei Imagine, miseram, hei mihi, servitudinem tantopere sustinui. O dolorem! quod nunquam firmo proposito iniquissimi illius hostis tyrannidem, carnisque meae abiecerim jugum; contra Sanctas ac salutares divini Spiritus inspirationes, obdurate animo seculusserim. Vaemihī qui tot tantisque delictis beneficentissimi Patris indignationem, iramque meruerim. Sed Clementissime Pater, quoniam justitia tua per fidem **JESU CHRISTI**, in omnes, et super omnes credentes manifestata est, ut omnes justificationem quae est in Christo **JESU** consequerentur, quem tu **DEUS** proposuisti omnibus propitiationem per fidem in sanguine ipsius: igitur verae fidei in

hoc gratiae tempore, per JESUM Christum  
a te Patre augmentum expeto, et pro  
ipsius nomine remissionem delictorum me-  
orum exopto, ut de debito securus, dein-  
ceps innovationem vitae proponens, omni-  
bus impuis concupiscentis inimicus, so-  
brie, jejune, juste, pie, temperanter,  
clementer, benigne et humiliter, secun-  
dum Divinam voluntatem tuam, in tuo  
timore hujus vitae peragam cursum: mun-  
do; carni, peccatisque mortuus, Filiū tui  
Domini mei JESU Christi adventum cupi-  
de exspectem. Qui tecum vivit.

*Hic injunctam poenitentiam si poteris in-  
tegram, absolve ac tandem pro Coronide.*

### ORATIO.

*Post Confess. finalis.*

**S**it tibi Domine obsecro, meritis Beatae  
MARIAE semper Virginis, Genitricis tuae,  
et omnium Sanctorum grata et accepta  
ista confessio mea: et quidquid mihi de-

fuit nunc et alias de sufficientia contritionis, de puritate et integritate confessio-  
nis, suppleat pietas Tua et misericordia:  
et secundum illam, digneris me habere  
plenius et perfectius absolutum in coelo.  
Qui vivis.

### ORATIO.

*Sacerdotis; praeparatoria ad audiendas  
Confessiones.*

### ANTIPHONA.

**C**or mundum crae in me Deus, et Spi-  
ritum rectum innova in visceribus meis.  
Ne proiicias me a facie tua, et Spiritum  
Sanctum tuum ne auferas a me. Redde  
mihi laetitiam salutaris tui, et spiritu prin-  
cipali confirma me. Docebo iniquos vias  
Tuas, et impii ad te convertentur.

### OREMUS.

**O**mnipotens et misericors Deus qui me  
indignum Sacerdotalis officii ministrum fe-

cisti, atque ad orandum et interpellandum  
 Dominum nostrum JESUM Christum Fili-  
 um tuum pro peccatoribus et ad poeniten-  
 tiā revertētibus, Mediatorem constituisti,  
 concede mihi propitiū, B. MARIA semper  
 Virgine intercedente, cum B. B. Angelis  
 Custodibus nostris et omnibus Sanctis,  
 tuae divinae charitatis affectum, ut quae  
 mei sunt munera digne valeam implere;  
 ac famulis, famulabusque tuis, ad poen-  
 tentiam revertentibus, spiritum verae com-  
 punctionis largiri digneris, ut resipiscant  
 a diaboli laqueis, quibus adstricti tenen-  
 tur, et ad te per dignam satisfactionem et  
 emendationem revertantur. Per eundam  
 Dominum nostrum. Amen.

## ORATIO.

*Post auditas Confessiones.*

**D**omine JESU Christe, dulcis Amator  
 et Saectificator animarum, purifica obsecro  
 per infusionem Sancti Spiritus, cor meum

ab omni affectione et cogitatione vitiosa,  
 et quidquid a me in meo munere, sive  
 per negligentiam, sive per ignorantiam,  
 peccatum est, pro tua infinita bonitate et  
 misericordia supplere digneris. Commen-  
 do in tua amabilissima volnra omnes ani-  
 mas, quas ad poenitentiam traxisti, et tuo  
 pretiosissimo sanguine sanctificasti, ut eas  
 a peccatis custodias, et in amore conser-  
 ves, in virtutibus in dies magis promoveas,  
 atque ad vitam perducas aeternam. Qui  
 cum Patre, et Spiritu Sancto, vivis et re-  
 gnas in saecula saeculorum. Amen.

## P R E C E S

*Ad lucrandas Indulgencias.*

P R E P A R A T I O .

Omnipotens sempiterne Deus cuius mi-  
 sericordia a peccatis omnibus, aeternaeque  
 damnationis reatu me absolutum confido,  
 quamvis temporalibus paenis obnoxius  
 permaneam: cum vero his diluendis opera

mea non sufficientant, ad inexhaustum meritorum Unigeniti Filii tui Domini nostri Iesu Christi, Sanctorumpue thesaurum confugio, ut hujus abundantia tenuitati et indigentiae meae subveniatur. Promptum me ad omnia, quae hunc in finem praestanda sunt, offero, Suscipe ea, o Pater misericordiarum, in unione Passionis et mortis ejusdem Filii tui, plenariaeque hujus Indulgentiae me licet iudignum, fac participem. Amen.

*Pater noster. Ave Maria.*

*AD DEUM PATREM.*

*Pro Exalt. S. Matris Ecclesiae.*

**M**emento o Pater aeterne, congregatis  
onis tuae, quam possedisti ab initio.  
Agnosce Ecclesiam velut Sponsam Unige-  
niti Filii tui, pro qua ipse sanguinem suum  
profundere non dubitavit: hanc obsecro,  
sanctitatis decore, gratiarum opibus, ha-  
reditatis

reditatis amplitudine, ita exalta; ut digna compareat tali sposo, tantoque redemptionis pretio. Respiee benigne ejusdem S. Martis Filios, eorumque numero universas gentes associa, ut omnes Te Deum Patrem, et quem misisti JESUM Christum, una cum S. Spiritu, fide viva agnoscant, spe firma invocent, et charitate perfecta complectantur. Amen.

*Pater noster. Ave Maria.*

V. Vide Domine, et visita vineam istam.

R. Et perfice eam, quam plantavit dextera tua.

### OREMUS

**R**espice quæsumus Domine, super hanc familiam tuam, pro quam Dominus noster JESUS Christus, non dubitavit manibus taadi nocentium, et Crucis subire tormentum. Qui tecum.

## AD DEUM FILIUM.

*Pro Extirpat Haeresum.*

**O**JESU lux vera, quae illuminas omnem hominem venientem in hunc mundum, fac oro per inestimabilem passionis et mortis tuae virtutem, ut pulsis haeresum et errorum tenebris, veritatis tuae lumen omnes amplectantur; et in opatum Ecclesiae tuae gremium confluant. O Pastor bone, qui animam tuam pro ovibus tuis posuisti. gregem tuum protege, et contravim insidiasque eorum defende, qui veniunt in vestimentis ovium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Fac ut unum omnes Pastorem admittant, unum omnium sit ovile. Mane nobiscum Domine, quoniam dixisti: ecce ego vobiscum sum omnibus diebus usque ad consummationem saeculi. Ostende Ecclesiam tuam aedificatam esse super petram, et portas inferi non praevalere adversus eam. Amen.

*Pater noster. Ave Maria.*

V. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. R. Et animas pauperum tuorum, ne oblivia scaris infinem.

**OREMUS.**

**E**ccl esiae tuae quæsumus Domine preces placatus admitte, ut destructis adversitatibus et erroribus universis, secura tibi serviat libertate. Per Dominum nostrum JESUM Christum. Amen.

**AD SPIRITUM S.**

*Pro concord. Christian. Principum.*

**O**S. Spiritus, Spiritus amoris et pacis, qui tot, tamque diversas gentes in unitate fidei congregasti; largire Christianis Principibus eorumquem Consiliariis abundantiam tuae gratiae, novoque, charitatis tuae mandato, quod obiens ex hoc mundo Discipulis suis JESUS dedit, eorum

corda imbue, ut ex hoc omnes agnoscat,  
 eos in numero electorum tuorum censem-  
 dqs, et Christiano nomine dignos esse.  
 Fac, ne nulla unquam cupiditate abducti,  
 quidquam moliantur, quod divinae tuae  
 gloriae, concordiaeque Ecclesiae adver-  
 setur; sed unitis potius, viribus ad pacis  
 aeternae visionem, ad Cœlestem Hieru-  
 salem populum sibi subiectum una secum  
 perducere nitantur. Amen.

*Pater noster. Ave Maria.*

V. Fiat pax, in virtute tua.

R. Et abundantia, in turribus tuis.

### OREMUS

**D**eus à quo Sancta desideria, recta con-  
 cilia, et justa sunt opera, da servis tuis  
 illam quam muudus dare non potest pa-  
 cem, ut corda nostra mandatis tuis dedita,  
 et hostium sublata formidine, tempora sint  
 tua qrotectione tranquilla. Per Dominum.

## AD SS. TRINITATEM.

*Pro oblatione operum satisf.*

Praestitisse nunc videor, o Sanctissima Trinitas, quaecunque ad plenariam debitum poenarum Indulgentiam impetrandam praescripta fuerunt. Haec multo plura absque eo divinae Maiestatis tuae, ut pote iunumeris eidem nominibus obstrictos praestare nos oportuisset. Infinitae bonitati tuae profusaeque in nos licet indignissimos liberalitatē tribuendum est, quod tam cumulatè vilissima debitate servitutios nostrae opéra remunereris. Suscipe ergo o Sanctissima Trinitas, à me quomodo cunque præstata opera, et fac, ut horum defectus, passionē et morte D. N. I. Christi, ejusque pro nobis pretiosissimo effuso sanguine suppleantur: atque ita me (vel animam N.) plenariae hujus Indulgentiae: fac partipem. Pro quo beneficio tibi coelum et

terra, mecum laudes et gratiarum actiones  
cantent, nunc et in perpetuum. Amen.

*Pater noster. Ave Maria. Credo.*

*Te Deum laudamus.*

~~Actus~~

~~Brevis Contritionis.~~

*Quando Copia Confessarii haberi nequit.*

**M**agne DEUS! firmissimè credo quod tu sis  
meus Dominus, et summum bonum; Te  
omni jure teneor amare, et modo amo  
super omnia; et ideo doleo ex toto corde  
meo, quod Te DEUS meus plurimis et  
gravibus peccatis meis offenderim. Agno-  
sco summam meam ingratitudinem erga  
Te qui creasti, redemisti, et hactenus be-  
nignissimè conservasti me. Agnosco ju-  
stissimam iram tuam, qua me temporali-  
ter et aeternùm punire potes. Super  
omnia tamen intimè doleo, quod Te sum-  
mè bonum et infinito amore dignissimum  
DEUM meum offendierim. O DEUS misere-

re mei, secundum magnam misericordiam Tuam. Detestor omnia peccata mea, eaque sincerè emendare, et proxima occasione confiteri propono. Adjuva me Domine, et pro tua bonitata, te parce servo tuo.

## ORATIO.

*Sacerdotis praeparatoria ante habendam  
Concionem.*

## ANTIPHONA.

**I**ucundum sit tibi Domine eloquium meum; ut benedicat anima mea Nomi*n*i Sancto Tuo. Complaceant tibi eloquia oris mei; Domine adjutor meus, et Redemptor meus. Dulcia fauibus meis eloquia tua; super mel ori meo. Ut audiam vocem laudis tuae; et ennarem universa mirabilia tua.

## OREMUS.

**S**umme DEUS qui verbo labiorum tuorum restauras universa; eja video quia infiniti pereunt, pretium sanguinis Filii tui. Ecce

ego, mitte me, ad omnia paratum; uni-versa quaecunque suggeres et mandaveris mihi non abscondam sermones tuos. Quia tamen Vir pollutus labiis ego sum; munda cor meum et labia mea omnipotens DEUS, et os meum aperi, ut dignè et competen-ter annunciem Fratribus meis voluntatem Tuam. Qui vivis et regnas,

### ORATIO.

*Post Concionem,*

**O** Domine mi! omnia quaecunque au-divi à Te in corde meo nota feci eis. Fac igitur vigilare Sanctos Angelos, tuos ne aves infernales de corde eorum evellant, semen Sanctum tuum; sed conservent ver-bum, quod didici à Te et locutus sum eis. Da incrementum sementi tuo, o Coe-lestis Agricola, ut in illis augeatur, et crescat, in eoque perseverent usque in finem. Mé verò quem misisti servum tuum, da amare et opere exercere, quod Te Ma-

gistro adjuvante, docui; neque mihi, sed  
Nomini Sancto tuo, da gloriam. Amen.

## P R A E P A R A T I O

A D

*M I S S A M,*

*Pro opportunitate Sacerdotis.*

*ANTIPHONA,*

**N**e remiscaris Domine delicta nostra,  
vel Parentum nostrorum, neque vindictam  
sumas de peccatis nostris.

*Psalmus 83.*

**Q**UAM dilecta tabernacula tua Domine  
virtutum; concupiscit et deficit anima mea  
in atria Domini.

Cor meum et caro mea; exultaverunt  
in Deum vivum.

Etenim passer invenit sibi domum; et  
turtur nidum sibi, ubi ponat pullos suos.

Altaria tua Domine virtutum; Rex  
meus et Deus meus.

Beati qui habitant in domo tua Domine; in saecula saeculorum laudabunt te.

Beatus Vir cuius est auxilium abs te; ascensiones in corde suo disposuit, in valle lachrymarum in loco quem posuit.

Etenim benedictionem dabit legislator, ibunt de virtute in virtutem; videbitur Deus Deorum in Sion.

Domine Deus virtutum exaudi orationem meam; auribus percipe Deus Jacob.

Protector noster aspice Deus; et responde in faciem Christi tui.

Quia melior est dies una in atrisi tuis; super millia.

Elegi abiectus esse in domo Dei mei; magis quam habitare in taberanculis peccatorum.

Quia misericordiam et veritatem diligit Deus; gratiam et gloriam dabit Dominus.

Non privabit bonis eos qui ambulant in innocentia; Domine virtutum, beatus homo qui sperat in te. Gloria Patris et Filio etc.

*Psalmus 84.*

**B**enedixisti Domine terram tuam; aver-  
tisti captivitatem Jacob,

Remisisti iniquitatem plebis tuae; ope-  
ruisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam; avertisti  
ab ira indignationis tuae.

Converte nos Deus salutaris noster;  
et averte iram tuam à nobis.

Numquid in aeternum irasceris nobis?  
aut extendas iram tuam à generatione in  
generationem?

Deus tu conversus vivificabis nos; et  
plebs tua laetabitur in te.

Ostende nobis misericordiam tuam;  
et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me Domi-  
nus Deus; quoniam loquetur pacem in  
plebem suam.

Et super Sanctos suos; et in eos qui  
convertuntur ad cor.

Verum tamen propè timentes eum  
salutare ipsius; ut inhabitet gloria in  
terra nostra.

Misericordia et veritas obviaverunt sibi;  
iustitia et pax osculatae sunt.

Veritas de terra orta est; et iustitia  
de coelo prospexit.

Etenim Dominum dabit benignitatem;  
et terra nostra dabit fructum suum.

Justitia ante eum ambulabit; et po-  
nent in via gressus suos,

Gloria Patri.

*Psalmus 85.*

**I**nclina Domine aurem tuam et axaudi  
me; quoniam inops et pauper sum ego.

Custodi animam meam, quoniam San-  
ctus sum; salvum fac servum tuum DEUS  
meus speruntem in te.

Miserere mei Domine, quoniam ad  
te clamavi tota die; laetifica animam ser-

vi tui, quoniam ad te Domine animam meām levavi.

Quoniam tu Domine suavis et mitis;  
et multae misericordiae omnibus invocan-  
tibus te,

Auribus percipe Domine orationem  
mēam; et intende voci deprecationis mēae.

In die tribulationis meae clamavit ad  
te; quia exaudisti me.

Non est similis tui in diis Domine;  
et non est secundum opera tua.

Omnēs Gentes quascunque fecisti ve-  
nient et adorabunt coram te Domine; et  
glorificabunt nomen tuum.

Quoniam magnus es tu et faciens mira-  
bilia; tu es Deus solus.

Deduc me Domine in via tua, et in-  
grediar in veritate tua; laetetur cor meum  
ut timeat nomen tuum.

Confitebor tibi Domine Deus meus in  
toto corde meo; et glorificabo nomen  
tuum in aeternum.

Quia misericordia tua magna est super me; et eruisti animam meam ex inferno inferiori.

Deus iniqui insurrexerunt super me, et Synagoga potentium quaesierunt anime meam; et non proposuerunt te in conspectu suo.

Et tu Domine Deus miserator et misericors; patiens, et multae misericordiae et verax.

Respice in me et miserere mei; da imperium tuum puerō tuo, et salvum fac filium ancilae.

Fac mecum signum in bonum, ut videant qui oderunt me, et confundantur; quoniam tu Domine adiuvisti me et consolatus es me, Gloria Patri.

### *Psalmus 115.*

**C**redidi propter quod locutus sum; ego autem humiliatus sum nimis.

Ego dixi in excessu meo; omnis homo mendax.

Quid retribuam Domino; pro omnibus quae retribuit mihi.

Calicem salutaris accipiam; et nomen Domini invocabo.

Vota meo Domino reddam coram omni populo ejus; pretiosa in conspectu Domini mors Sanctorum ejus.

O Domine quia ego Servus tuus; ego Servus tuus et filius Ancillae tuae.

Dirupisti vincula mea; tibi sacrificabo hostiam laudis, et nomen Domini invocabo.

Vota mea Domino reddam in conspectu omnis populi ejus; in atriis Domini, in medio tui Jerusalem. Gloria Patri.

*Psalmus 129.*

**D**e profundis clamavi ad te Domine, Demine exaudi vocem meam.

Fiat aures tuae intendentis; in vocem deprecationis meae.

Si iniquitatis observaveris Domine, Domine, quis sustinabit?

Quia apud te propitiatio est; et propter legem tuam sustinui te Domine.

Sustinuit anima mea in verbo ejus  
speravit anima mea in Domino.

A custodia matutina usque ad noctem;  
speret Israël in Domino.

Quia apud Dominum misericordia;  
copiosa apud eum redemptio.

Et ipse redimet Israël; ex omnibus  
iniquitatibus ejus.

Gloria Patri, et Filio.

*Dein repetitur Anna:*

*Ne reminiscaris et ut supra.*

*Postea Sacerdos dicit.*

**K**yrie eleyson; Christe eleyson Kyrie  
eleyson. *Pater noster.*

V. Et ne nos inducas in temptationem.

R. Sed libera nos à malo. V. Ego dixi,  
Domine miserere mei. R. Sana animam  
meam, quia peccavi tibi. V. Converte

Domine

Domine aliquantulum. R. Et deprecare super Servos tuos. V. Fiat misericordia tua Domine super nos. R. Quemadmodum speravimus in Te. V. Sacerdotés tui induantur justitiam. R. Et Sancti tui exultent. V. Ab occultis meis munda me Domine. R. Et ab alienis parce Servo tuo. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus, ad te veniat. V. Dominus vobiscum. R. Et cum Spíritu tuo.

## OREMUS.

**A**ures tuae pietatis, mitissime DEUS, inclina precibüs nostris, et gratia Sancti Spiritus illumina cor nostrum; ut tuis mysteriis dignè ministrare, teque aeterna charitate diligere mereamur.

DEUS cui omne cor patet, et omnis voluntas loquitur, et quem nullum latet secretum; purifica per infusioñem Sancti Spiritus cogitationes cordis nostri, ut te

perfectè diligere, et dignè laudare mereamur.

Ure igne Sancti Spirius, renes nostros et cor nostrum Domine, ut tibi eas tro corpore serviamus, et mundo cordo placeamus.

Mentes nostras quæsumus Domine, Paraclitus qui à te procedit illuminet, et inducat in omnem sicut tuus promisit Filius, veritatem.

Adsit nobis quæsumus Domine virtus Spiritus Sancti, quæ et corda nostra clementer expurget, et ab omnibus tueatur adversis.

DEUS qui cordafidelium Sancti Spiritus illustratione docuisti; da nobis in eodem Spiritu recta sapere, et de ejus semper consolatione gaudere.

Conscientias nostras quæsumus Domine, visitando purifica, ut veniens Dominus noster JESUS Christus Filius tuus, parata m sibi in nobis inveniat manzionem.

Qui tecum, in unitate. Amen,

## GRATIARUM ACTIO.

*Pro Statua Sacerdotalis.*

**G**ratias Tibi ago misericors Deus, quod  
me indignum peccatorem ad officium Sa-  
cerdotale elegisti, meque medium inter te,  
et populum fieri voluisti, ut tuam pro me  
peccatore, et pro eodem populo tuo mi-  
sericordiam, exorarem. Certè Angelicam  
puritatem et conversationem deberem ha-  
bere, ego peccator et impurus, cuius in  
manibus ad eloquiorum coelestium prola-  
tionem, Corpus tuum o Christe de panis  
consecratur materia, qui te ad libitum, et  
tracto manibus, et ore percipio, et fide-  
libus distribuo. Adua me Deus omni-  
potens, ut huius officio et statui meo, ad  
tui nominis laudem, meamque et populi  
salutem prodesse et satisfacere valeam,  
quod tibi beneplacitum est, semper co-  
gitare et intendam, aliis vita et exemplo

praeluceam, honorem tuum animarumque  
 profectum, quantum, in me est promov-  
 eam, orationi diligenter vacem, tibi DEO  
 meo ardenter et libenter deserviam, spi-  
 rituique potius intendam quam carni. Da  
 bone JESU ut corde et corpore mundus  
 sim, et pudicus in omni tempore, sim  
 corde humilis, conversatione Sanctus, tem-  
 poralium contemptor facultatum, et à ter-  
 renorum sollicitudine liber; quatenus Tibi  
 DEO meo expeditius serviam, atque Sa-  
 cramentalis panis sumptione, dignior es-  
 ciar, ut in omnibus denique meis actio-  
 nibus, glorificeris o! Christe. Qui vivis  
 et regnas.

Omnipotens et misericors DEUS ad hu-  
 militatis meae precas, benignus intende,  
 et me famulum tuum, quem nullis suf-  
 fragantibus meritis, sed immensa clemen-  
 tiae tuae largitate, coelestibus mysteriis  
 servire tribuisti; dignum sacris Altaribus

fac Ministrum, ut quod mea voce depro-  
mitur, tua sanctificatione firmetur. Per  
Dominum.

## INTENTIO

*Ante Missam*

**E**go volo celebrare Missam, et confidere  
corpus et sanguinem Domini nostri JESU  
Christi, juxta ritum S. Romanae Ecclesiae,  
ad laudem et gloriam omnipotens DEI,  
totiusque curiae triumphantis, ad utilatem  
meam totiusque curiae militantis, pro  
omnibus, qui se commendaverunt oratio-  
nibus meis, et in genere et in specie,  
et pro felici statu Sanctae Romanae Eccle-  
siae Amen.

Gaudium cum pace, emendationem  
vitae, spatiu[m] verae poenitentiae, gratiam  
et consolationem S. Spiritus, perseveran-  
tiam in bonis operibus, tribuat nobis omni-  
potens et misericors Dominus. Amen.

V E L.

**A**d laudem et gloriām SS. Trinitatis,  
in memoriam Salvatoris nostris JESU Christi  
vitae passionis, mortis, ac resurrecti;  
ac in operum et meritorum suorum, omni-  
umque Sanctorum unionem. Ad laudem  
quoque et exaltationem Beatissime Virgi-  
nis MARIAE, coelestium Angelorum, San-  
ctorum atque Sanctorum, et singulariter  
NN. et aliorum, Sanctorum offero etiam  
cum ipsorum Beatorum Spirituum laudi-  
bus, Sanctorumque omnium precibus, et  
meritis, nunc et semper, hoc, et omnia  
alia sacrificia, officia, orationes, et bona  
opera totius mundi; pro meis praesentibus  
et futuris animae, et corporis necessitati-  
bus, in auxilium et consolationem meam,  
et in remissionem omnium peccatorum  
meorum, quorum veram contritionem sem-  
per habere intendo, conor, et cupio;  
omniumque vivorum et defunctorum, meo-

rum Parentum et consanguineorum, Amicorum et Inimicorum, Benefactorum in spiritualibus et temporalibus, ac illorum quibus fui gravamen, scandulum, et occasio peccandi. Pro omni gradu Sanctae Catholicae Ecclesiae, ac illius conservacione, ugmento et exaltatione, Christianorum Princeipum unione, haeresum extirpatione, summi Pontificis salute, et animarum in purgatorio existentium liberatione. Pro conservatione et augmento meo, et omnium aliarum Religionum. Pro conversione omnium infidelium, pro mihi commissis et commendatis. Denique pro illis omnibus vivis, atque defunctis, pro quibus Dominus noster JESUS Christus; et ejus Mater sciunt, et volunt me debere orare, et sacrificare; sic oro, obsecro, ac orare, obsecrare et sacrificare intendo, ac propono, juxtaque intentionem Sanctae Catholicae Ecclesiae; Ego N. Minister licet indignus.

## ORATIONES.

*Immediate ante Missam dicenda.*

**A**d mensam dulcissimi convivii tui, pie Domine JESU Christe, ego peccator de propriis meritis, nihil praesumens, sed de tua confidens misericordia et bonitate, accedere vereor et contremisco. Nam cor, et corpus habeo multis criminibus maculatum, mentem et linguam non cautè custoditam. Ergo o pia Deitas, o tremenda Maiestas, ego miser inter angustias deprehensus, ad te fontem misericordiae recurro, ad te festino sanandus, sub tuam protectionem fugio; et quem Judicem sustinere nequeo, Salvatorem habere suspiro. Tibi Domine plagas meas ostendo, tibi verecundiam meam detego. Scio peccata mea multa et magna, pro quibus timeo. Spero in misericordias tuas quarum non est numerus. Respice ergo in me oculis misericordiae tuae Domine JESU Christe,

Rex aeternæ, Deus et homo, crucifixus propter hominem. Exaudi me sperantem in Te: miserere mei pleni miseriis et peccatis, tu qui fontem miserationis nunquam manare cessabis. Salve salutaris victima, pro me et omni humano genere in patibulo crucis oblata; Salve nobilis et pretiose sanguis, de vulneribus Crucifixi Domini mei Jesu Christi proliuens, et peccata totius mundi adluens. Recordare Domine cæturae tuae, quam tuo sanguine redemisti. Paenitet me peccasse, cupio emendare quod feci. Aufer ergo à me Clementissime Pater, omnes iniquitates et peccata mea, ut purificatus mente et corpore, dignè degustare merear Sancta Sanctorum, et concede ut Sancta prælibatio corporis et sanguinis tui quam ego indignus sumere intendo, sit peccatorum meorum remissio, sit delictorum perfecta purgatio, sit turpium cogitationum effugatio, ac bonorum sensuum regeneratio,

operumque tibi placentium salubris efficacia, animae quoque et corporis, contra Inimicorum meorum insidias, firmissima tuitio. Amen.

DEUS qui de indignis dignos facis, et de peccatoribus justos, et de immundis munda cor et corpus meum ab omni contagio et sorde peccati, et fac me dignum atque strenum Sanctis altaribus tuis ministrum: concede propitius ut in hoc altari, ad quod indignus accedo, hostias acceptabiles offeram pietati tuae, pro peccatis et offenditionibus meis, innumerisque et quotidianis excessibus meis, atque cunctorum simul Christianorum culpis ablwendis. Et per eum sit tibi votum meum atque sacrificium acceptabile, qui se tibi DEO Patri, pro nobis obtulit sacrificium; JESUS Christus Filius tuus: Qui tecum.

O MATER pietatis et misericordiae Beataissima Virgo MARIA, ego miser et indignus peccator, ad te confugio toto corde

et affectu; et precor pietatem tuam, ut sicut dulcissimo Filio tuo, in cruce pendenti adstitisti, ita et mihi misero peccatori, et Sacerdotibus omnibus, hic et in tota Sancta Ecclesia hodie offerentibus, clementer assistere digneris, ut tua gratia adjuti, dignam et acceptabilem hostiam, in conspectu summae et individuae Trinitatis offere valeamus. Amen.

*O Sancte vel Sancta cuius celeber. Festum.*

N. ecce ego miser peccator, de tuis meritis confisus, offero nunc sacratissimum Sacramentum Corporis et sanguinis D. N. I. Christi, pro tuo honore et gloria. Precor te humiliter et devotè ut pro me hodiè intercedere digneris, ut tantum Sacrificium dignè, et acceptabiliter offerre merear, atque eum tecum et cum omnibus electis ejus, aeternaliter laudare, et cum eo regnare valeam. Qui vivit.

## GRATIAR Actio.

*Post Missam.*

*Antiph.* Trium puerorum cantemus hymnum, quem cantabant Sancti in camino ignis, benedicentes Dominum.

*Canticum trium puerorum.*

**B**enedicite omnia opera Domino; laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicite Angeli Domini Domino; benedicte coeli Domino.

Benedicite aquae omnes quae super coelos sunt Domino; benedicite omnes virtutes Domini Domino.

Benedicte sol et luna Domino; benedicte stellae Coeli Domino.

Benedicite omnis imber et ros Domino, benedicte omnes, Spiritus DEI Domino.

Benedicite ignis et aestus Domino; benedicte frigus et aestus Domino.

Benedicite rores et pruina Domino; benedicte gelu et frigus Domino.

Benedicite glacies et nives Domino;  
benedicite noctes et dies Domino.

Benedicite lux et tenebrae Domino;  
benedicite fulgura et nubes Domino.

Benedicat terra Dominum; laudet et  
superexaltet eum in saecula.

Benedicite montes et colles Domino; be-  
nedicite universa germinantia in terra domino

Benedicite fontes Domino; benedicite  
maria et fluma Domi:

Benedicite cete et omnia quaé mo-  
ventur in aquis Domino; benedicite omnes  
volucres coeli Domino.

Benedicite omnes bestiae et pecora  
Domino; benedicite filii hominum Domino.

Benedicat Isræl Dominum, laudet et  
superexaltet eum in saecula.

Benedicite Sacerdotes Domini Domino,  
benedicite servi Domini Domino,

Benedicite spiritus et animae iustorum  
Domino, benedicite Sancti et humiles cor-  
de Domino.

Benedicite Anania, Azaria, Misael Domi-  
no; laudate et superexaltate eum in saecula.

Benedicamus Patrem et Filium cum  
Sancto Spiritu; laudemus et superexalte-  
mus eum in saecola.

Benedictus es Domine in firmamento  
coeli, et laudabilis, et gloriosus et su-  
perexaltatus in saecula.

*Psalmus 150.*

**L**audate Dominum in Sanctis ejus; lau-  
date eum in firmamento virtutis ejus.

Laudate eum in virtutibus ejus; lau-  
date eum secundum multitudinem magni-  
tudinis ejus.

Laudate eum in sono tubae; laudate  
eum in psalterio et cythara.

Laudate eum in tympano et choro;  
laudate eum in chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benè sonan-  
tibus, laudate eum in cymbalis jubilatiō-  
nis; omnis Spiritus laudet Dominum.

Gloria Patri, et Filio.

*Repet. Antiph. Ne reminiscaris et sup. Deinde Sacerdos dicit.*

Kyrie eleyson. Chryste eleyson. Kyrie eleyson. *Pater noster.*

V. Et ne nos inducas. R. Sed libera.

V. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua. R. Et Sancti tui benedicant tibi. V. Exultabunt Sancti in gloria. R. Laetabuntur in cubilibus suis. V. Non nobis Domine, non nobis. R. Sed nominis tuo da gloriam. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor. V. Dominus vobis cum. R. Et cum Spiritum tuo.

### OREMUS.

**D**eus qui tribus pueris mitigasti flamas ignium, concede propitius, ut nos famulos tuos non exurat flamma vitiorum.

Actiones nostras, quae sumus Domine aspirando praeveni, et adjuvando prosequere, ut cuncta nostra oratio et operatio,

à te semper incipiar, et per te caepta  
finiatur.

Da nobis quaesumus Domine vitiorum  
nostrorum flamas extinguere. Qui B.  
Laurentio tribuisti tormentorum suorum  
incendia superere. Per Christum Domi-  
num nostrum Amen.

*Seq. Orat. dic. flexis genibūs.*

**S**alve mi dulcissime ac potentissime hos-  
pes, ac Domine IESU Christe, diu desi-  
derate, auxièquaesite, sollicitè adamate,  
Saluto te ex intimis animae meae visce-  
ribus, ac qua possum veneratione excipio;  
meque ad omnia officia tibi grata offero,  
et ante faciem tuam indignissimus prosterno  
Jam tu in me manes et ego in te; quis  
me separabit à te? an voluptas brevis? opes  
caducae? honor falsus? umbrae umbra-  
rum? nugae nūgarum, et tifae et illae?  
non facient o bone IESU, non facient! da  
tu

tu gratiam o amor meus! o DEUS meus!  
gaudium meum! delitiae meae! cor meum!  
vita mea! omne bonum meum JESU Christe!

O quas tibi potero referre gratias, pro  
tanta charitate! non sufficio ex meo cogi-  
tare, quantum tibi debitor sim; nedum  
dignas agere gratias.' Quod enim potero  
tibi dare, aut refere pro te Ipso? Bene-  
dicant, glorificant, et magnificant te pro  
me, omnia mirabilia opera tua, et uni-  
versa liberalissima bona tua, quae habes  
ex te o DEUS virtae meae. Benedicant te  
multae et magnae miserationes, et mise-  
ricordiae tuae et infinita beneficia, quibus  
tu o DEUS cordis mei benefecisti animae  
meae. Benedicant te omnia interiora mea,  
et tota substantia et virtus mea; quia tu  
es DEUS salutis meae, et susceptor animae  
meae Jubilent tibi omnia pietatis tuae vi-  
scera, et infinitae bonitatis superabundans  
copia. Jubilet tibi tua nimis magna, et

supereffluens, quam ad homines habes,  
charitas, et tui amoris benignissimi in-  
continentissima liberalitas. Jubilent tibi  
tuæ supereffluentis dulcedinis triumphalis  
fortitudo, et totius beatitudinis, quæ in  
te charis tuis manet, plenitudo. Amen.

Gratias tibi ago Domine Sancte Pater,  
omnipotens aeterne Deus, qui me pecca-  
torem indignum famulum tuum, nullis  
meritis, sed sola dignatione misericordiae  
tuæ satiare dignatus es, pretioso corpore  
et sanguiné Filii tui D. N. J. Christi. Et  
precor, ut haec Sancta communio, non  
sit mihi restus ad poenitentiam, sed intercessio  
salutaris ad veniam. Sit mihi armatura fi-  
dei, et scutum bonae voluntatis, sit vitio-  
rum meorum evacuatio, concupiscentiae  
et libidinis exterminatio, charitatis et pa-  
tientiae, humilitatis et obedientiae, omni-  
umque virtutum augmentatio; contra in-  
fidias Inimicorum omnium, tam visibilium  
quam invisibilium, firma defensio: motuum

meorum tam carnaliū, quam spiritualium, perfecta quietatio; in te uno ac verō D̄eo firma adhaesio, atque finis mei felix consummatio. Et precor tē, ut ad illud ineffabile convivium me peccatorem perducere digneris, ubi tu cum Filio tuo, et Spiritui Sancto, Sanctis tuis es lux vera, satietas plena, gaudium semiternum, jucunditas consummata, et felicitas perfecta. Per eundem Christum. Amen.

Transfige dulcissime Domine JESU, medullas et viscera animae meae, suavissimo ac saluberrimo amoris tui vulnere, veā, serenāque et Apostolica Sanctissima charitate, ut langueat et linquefiat anima mea, solo semper amore, et desiderio tui, te concupiscat, et deficiat in atria tua, cupiat dissolvi et esse tecum. Da ut anima mea te esuriat, panem Angelorum refectionem animarum sanctorum, panem nostrum quotidianū super substantialem habentem, omnem dul-

cedinem et saporem, et omne delectamen-  
 tum suavitatis; te in quem desiderant An-  
 geli prospicere, semper esuriat, et come-  
 dat cor meum, et dulcedine saporis tui  
 repleantur viscera animae meae, te sem-  
 per sitiāt fontem vitæ, fontem sapientiae,  
 et scientiae, fontem aeterni luminis, tor-  
 rentem voluptatis, ubertatem domus DEI,  
 te semp̄r ambiat, te quaerat, te inveniat,  
 ad te tendat, ad te perveniat, te medite-  
 tur, te loquatur, et omnia operetur in  
 laudem, et gloriam Nominis tui, cum hu-  
 militate et discretione, dilectione et delec-  
 tatione, cum facilitate et affectu, cum per-  
 severantia usque in finem: et tu sis solus  
 semper spes mea, tota fiduciat mea, divi-  
 tiae meae, delectatio mea, jucunditas mea,  
 gaudium meum, quies et tranquillitas mea,  
 odor meus, dulcedo mea, cibus meus,  
 refectio mea, refugium meum, auxilium  
 meum, sapientia mea, portio mea, pos-  
 sessio mea, thesaurus meus; in quo fixa

et firma, et immobilis semper sit radicata,  
mens mea et cor meum. Amen.

O Serenissima et Inclita Virgo MARIA,  
Mater D. N. J. Christi, ~~Rogina~~ coeli et  
terrae, quae eundem Creatorem omnium  
creaturarum in tuo Sancto utero, digna  
fuisti portare, cuius idem veracissimum  
Corpus et sanguinem, ego indignus su-  
mere praesumpsi: rogo te per Virginalem  
humilitatem tuam; et per passionem et  
mortem ejusdem Filii tui, ut apud ipsum  
pro me misero peccatore intercedere di-  
gneris, ut quidquid in ejus oblatione be-  
neditissima, ignoranter, vel incaute com-  
misi, tuis Sanctissimis precibus, mihi di-  
gnetur indulgere. Amen.

*Hic osculare tribus vicibus terram, dicendo:*

Laudentur SSmum Sacramentum, et  
nunc et semper et in saecula saeculorum.  
Amen. et mox erectus.

**A**nima Christi sanctifica me, Corpus

Christi salvâ me, sanguis Christi inebria  
me; aqua lateris Christi lava me; Passio  
Christi conforta me; o bone JESU exaudi  
me; intra vulnera tua absconde me; et ne  
permittas me separari à te; ab hoste ma-  
ligno defende me; in hora mortis meae  
voca me, et jube me venire ad te, ut  
cum Sanctis et electis tuis, laudem te in  
saecula saeculorum. Ameo.

*Tandem iterum Sacramentum profundè  
adora, et in regressu dic devotè:*

CANTICUM SIMEONIS.

**N**unc dimittis Servum tuum Domine;  
secundum verbum tuum in pace. Quia  
viderunt oculi mei; salutare tuum. Quod  
parasti; ante faciem omnium populorum.  
Lumen ad revelationem gentium; et glo-  
riam plebis tuae Isræl. Gloria Patri. Si-  
eut erat.

*Te Deum laudamus.*



# P A R S III.

## P R E C A T I O N E S V E S P E R T I N A E.

*Hora competenti post caenam, vel in Oratio cum Fratribus, vel solitariè die.*

### E X E R C I T I U M

#### V E S P E R T I N U M .

† In Nomine Patris † et Filii.  
† Et Spiritus Sancti. Amen.

#### G R A T I A R U M A C T I O .

**G**loria Patri, qui me creavit; gloria Filio,  
qui me redemit; gloria Spiritui Sancto,  
qui me sanctificavit, gloria summae et  
individuae Trinitati, quae ad rectam fidem,  
et famulatum suum vocavit me, bonis in-  
numeris [quolibet momento afficiens me.  
Qui vivit et regnat in saecula saeculorum.  
Amen.

*Pater. Ave. Gloria Patri.*

#### P E T I T I O L U M I N I S .

**D**ulcissime ac clementissime IESU, Sal-

vator et Sponse animae, ostende mihi quid  
hac die cogitando, loquendo, vel ope-  
rando peccavi, et quam graviter te offendit;  
quod ut mihi immerito non degneges, te  
per acerbissimam passionem tuam, et mor-  
tem supplex deprecor.

*Pater. Ave. Gloria Patri.*

**EXAMEN CONSCIENTIAE.**

*Quo finito: Confiteor. Misereatur,  
Indulgentiam. ac tandem.*

**D**a JESU benignissime, ut ab omnibus  
vitiis tuo sanguine expiatus, tuis donis et  
gratiis non ad nominis tui probrum et meam  
perniciem, sed ad tuam gloriam, meaque  
ac meorum proximorum salutem, uti stu-  
deam: ad mihi poscenti veniam omnium  
delictorum.

*Pater. Ave. Gloria Patri.*

**DOLOR DE PRECCATIS.**

**O!** Pater amantissime, quem amo super

omnia, ecce reddidi haec tanta mala, pro innumerabilibus beneficiis tuis: doleo ex toto corde quod infinitam bonitatem tuam, toties offenderim; ignosce mihi indignissimo o omne bonum meum, parce o benignissime JESU, his aliis occultis peccatis meis; per gemitus tuos et lachrymas, per spinas et flagra, per Crucem et vulnera, et per omnes miserations tuas.

*Pater. Ave. Gloria Patri.*

**PROPOSITUM FIRMUM.**

**D**etestor omnia peccata mea super omnia detestabilia, firmiterque propono cum tua gratia, maiori diligentia, vitaeque emendatione, peccata commissa et bona neglecta compensare; atque te oro, ut si hac nocte me hinc discedere velis, clementer protuam pietate tecum agas, si vero diutius vitam meam prolongare cogitas; gratiam largiaris, sobrie juste ac pie vivere in hoc saeculo.

*Pater Ave. Gloria Patri. Credo.*

**COMMENDATIO SUIPSIUS.**

**O** Bone JESU, dulcissime JESU, Rex amantissime JESU, me tibi commendo; tu mecum quaeſo hac nocte maneas, et mecum dormias, ut corpus ſomnum capiat, et nunquam cor obdormiat, ſed te praesentem videat et malum omne caveat: me Angelus tuus custodiat, et signo Crucis muniat, ut Sathan procul fugiat, et JEUS ſolus maneat: quos amo, tecum colligas, in lecto cordis foveas, nec me, nec illos deseras, ſed in aeternum benedicens cuſtodias. Amen.

MARIA Mater gratiae, dulcis Parenſ clementiae, tu nos ab hoſte protege, et hora mortis ſuscipe. O glorioſa Virginum, ſublimis inter ſidera, qui te creavit parvulum, lactente nutriſ ubere.

Quod Heva tristis abstulit, tu reddis almo germe, intrent ut aſtra flebiles,

coeli recludis cardines. Tu regis alti janua, et aula lucis fulgida, vitam datam per Virginem, gentes redemptae plaudite. Iesu tibi sit gloria, qui natus es de Virgine, cum Patre et almo Spiritu, in semperita saecula. Amen.

Respice Beate Peter Francisci de excelso coelorum habitaculo, et deprecare pro populo tuo, populo quem elegisti, ut serviat coram te omni tempore in in misterio sanctuarii Domini.

V. Ora pro nobis B. Pater Francisci.

R. Ut digni efficiamur.

*Oratio Deus qui Ecclesiam tuam. Etc.*

*Sicut et adalios SS. Patronos,  
vide supra, in fine Exercitii matutini. Vel  
quidquid unicuique pro sua pietate libue-  
rit. Tandem, pro defunctis Psalm. De-  
profundis clamavi etc.*

*Anna: Si iniquitates observaveris Do-  
mine, Domine qui sustinebit?*

Kyrie eleyson; Christe eleyson Kyrie  
eleyson. Pater noster.

V. Et ne nos inducas. R. Sed libera.

V. Aporta inferi. R. Erue Domine animas  
eorum. V. Requiescant in pace. R. Amen.

V. Domine exaudi orat: R. Et clamor,

V. Dominus vobiscum. R. Et cum.

### OREMUS

**F**idelium Deus omnium conditor et Re-  
demptor, animabus famulorum famula-  
rumque tuarum, remissionem cunctorum  
tribue peccatorum, ut indulgentiam quam  
semper optaverunt, piis supplicationibus  
consequantur. Qui vivis.

Requiem aeternam, dona eis Domi-  
ne, et lux perpetua luceat eis. Requie-  
scant in pace. Amen.

### *Ante cubitum immediate.*

**D**ignare Domine IESU, cum Patre et S.  
Spiritu suscipere, et infinita pietate tua

supplere, imperfectum hodiernum servitutis meae obsequium, ad maximam tuam aeternamque gloriam, in gratiarum actionem omnium beneficiorum, pro omnibus, pro quibus illud hodie obtuli, ad impetrandam defunctis requiem, vivisque gratiam, tibi perfectè placendi in tempore et aeternitate; in unione meritorum tuorum, B. V. M. Matris tuae, et omnium Sanctorum. Insuper uberem largiri dignare gratiam tibi perfectius, in omni sanctitate et justitia deinceps serviendi, teque pane Angelorum digne fruendi in via, devote in vita, et beatè in patria.

In benedictas manus tuas Domine Deus meus, et in sinum suavissimae providentiae tuae me, omnesque maximè mihi commissos, quo ad Corpus et animam protegendos, gubernandos et conservandos, nunc et in hora mortis commendando. Dignare nos sub alas Paternæ protectio-  
nis tuae suscipere, ab omni malo custo-

dire, immaculatos conservare, tuaeque  
SSmae voluntati semper, et in omnibus  
conformare. Ut in te vivere, in te mori,  
in te centro nostro, aeternum quiescere  
mereamur. Qui in Trinitate.

O amabilissima Mater, gloriosissima  
DEI Genitrix et Virgo MARIA, placet quod  
proposui. Tu es erisque Mater mea amabi-  
lissima, unicè colenda, amanda glorifican-  
da. Sim ego quoque servus tuus, et fili-  
us peculiarissimus, Monstra te esse Ma-  
trem, nunc, semper, et in aeternum.

O amantissime Angele DEI qui hu-  
usque tam fidelis es Custos mei, digna-  
re insuper hac nocte cor et Corpus meum  
immaculatum conservare, ut tecum mere-  
ar Sanctissimam Trinitatem aeternum con-  
templari, amare, glorificare.

O vos SS. Patroni mei, et omnes electi  
DIE, supplete vices fragilitatis meae, in  
benedicendo, laudando, superexaltando  
Domino Deo, misericordias ejus in aeter-

num cantantes; gratiamque impetrare, in  
gratia ejus vivendi, quiescendi, moriendi,  
et in gloria ejusdem vobiscum, aeternum  
perfruendi.

*Ad deposit. vestius.*

**I**llumina oculos meos Domine, ne unquam  
obdormiam in morte. Fecisti nos Domi-  
ne ad te, inquietum est cor nostrum, donec  
requiescant in te. Da mihi dulcissime  
Jesu, in te super omnem creaturam re-  
quiescere, et cor meum in te pacificare.  
Da Domine quem das dilectis tuis su-  
mnum, ut dum oculi mei honori et amori  
tu-o dormiunt, tota mens et cor meum,  
in omni respiratione mea, tibi et amori  
tuo vigilet.

*Ad lectum iturus.*

**E**n vitae aeternaeque salutis incertus,  
intro sepulchrum: O Pater aeterne, miser-  
ere mei in hora mortis meae. O Beata  
Virgo adiuva me! o vos omnes SS. Patro-

ni mei suscipe me. Angele mi Custos  
defende me. In Nomine + Patris et Filii  
+ et Spiritus + S. Amen.

J E S U S , M A R I A , J O S E P H , v o b i s d e n o c o r  
meum et animam meam.

*In lecto recnmbens, pollice dextro,  
scribe in fronte literas J. N. R. J. dicens.*

J E S U S Nazarenus Rex Judaeorum, hic  
titulus triumphalis defendat me à subitanea  
et mala morte. Amen.

*Compositis iu modum Crucis in pecto-  
rc manibus, dormi securè; et quamprimum  
evigilaveris, illico ad Deum: Illumina Do-  
mine oculos meos, ut sup. fol. 1.*

### R A E P A R A T I O

Ad Beatam Mortem.

*Sive à sanis sive ab aegris crebro facienda.*

I am commendo sanus et valens, spiritum  
meum, ut commendatum habeas o Christe,  
quando illum non amplius commendare  
potero,

potero, et si suis vinculis non dum solutum. Timeo tempus illud, quo inter vivos ero, nec esse me sciam. Videmus in moribundis plerisque id fieri, spirant, et vivere se nesciunt. Quis palpitantem tunc spiritum et migrare trepidantem, tandem ex amico carcere migrantem recipiet, si tu eum excludes orbis conditor? Christe patientissime, recordare etiam te in illis extremis angustiis lachrymatum; et deseriri quaestum esse, Spiritum Patri commendasse, experasse exclamasse. Ad te ego clamo, ut tu meus Salvator Spiritum meum tunc suscipias, quocunque morbo, tempore, loco ē corpore abeuntem. Recordare bone Iesu, in cruce te brachia expandisse, pectus aperuisse, caput inclinasse: Ecce anima mea à rebus omnibus creatis deserta refugium quaerit, in illa tua brachia sese immittit, in illud tuum pectus se ingredit; admitte obsecro miseram, neque in-

de exturba, donec ira **DEI** transeat. Hic  
secura, hic ab inferorum satellitibus tuta  
lateat. Ergo in manus tuas Domine com-  
mendo spiritum meum, imō tuum, quia  
tu eum creasti et reparasti. Figmentum  
tuum o **DEUS** ne despice. Denique com-  
mendo animam creatori, qui eam ex ni-  
hilo creavit; Salvatori qui pro ejus salute  
vulneratus in Cruce obiit; Spiritui Sancto,  
qui se ei tam copiosè communicavit. Vir-  
gini gloriosae, Angelo meo Custodi, meque  
ipsum inter Redemptoris mēi, dico, vivere  
volo et mori cupio. Similiter protestor  
quod quando in agone constitutus, am-  
plius lingua loqui non valuero, me ex  
animo desiderare Deo mēo uniri; ex nunc  
pro tunc illi offero, agoniam, labores,  
sudores, et passiones meas, uniendas ago-  
niae, sanguineo sudori, doloribus et pas-  
sionibus, charissimi mei JESU Christi, pro  
remissione peccatorum meorum, et ad  
gloriam ejus aeternam, omnesque ipsi assi-

stentes Angelos toto corde deprecor, ut me in hoc mortis articulo suis sublevent orationibus.

Q Domina mea dulcissima, viseeribus misericordiae plena, per septem dolores tuos, succurre mihi misero peccatori, antequam mors subitanea et improvisa superveniat, ne subito et imparatus de hoc mundo transeam. Ora pro me Virgo MATER benedicta, ob unigeniti tui mortem amarissimam, ut peccati detestatione, vera contritione, pura et humili confessione, poenitentia et satisfactione, digna DEI acceptione proximi dilectione Filio tuo reconciliatus, de hoc mundo transeam. Fac mecum misericordiam tuam MATER DEI, in illa tremenda hora, quando spiritus vitales deficient, et mortua lingua se movere non poterit ad invocandum te, neque oculi mei lucem tuam capere poterunt, auresque meae nulli voci patescant. Me-

mor esto o MARIA precum, quas nunc  
fundo ad aures pietatis tuae, et subveni  
mihi in illa ultima hora necessitatis, ut  
liberer à ministris diaboli, et collocer cum  
Christi Filii tui servis, et amicis tuis, Amen.

O S. JOSEPH, qui in suavissimo JESU  
Clientis tui, et dulcissimae sponsae tuae  
MARIAE complexu, ex hac vita emigrasti,  
succurre mihi o Sancte Pater cum JESU et  
MARIA, tunc potissimum, quando mors  
vitae meae finem imponet, illudque (quod  
unicè peto) solatium mihi impetra, ut in  
iisdem SSmis JESU et MARIAE brachiis ex-  
pirem, In manus vestras vivens et moriens,  
commendo spiritum meum; JESUS MARIA  
JOSEPH.

*Orat. ad S. Barbaram V. et M.*

**A**ve MATER gloriosa, Barbaraque gene-  
rosa, Paradisi vernans rosa; castitatis lilium.  
Ave Virgo pulchra tota, charitatis fonte  
lota, dulcis mitisque devota, vas virtutum

omnium. Ave criminis ignara, Sponsum  
audis voce clara, veni pulchra, veni chara,  
veni coronaberis. Ave Barbara serena,  
pulchra quasi luna plena, singulari cantilenae,  
sponsum agnum sequeris. Ave Bar-  
bara Beata, quae cum Sponso praeparata,  
nuptiarum adoptata, transivisti gaudia. Ave  
fulgens margarita, in corona IESU sita, tam  
in morte, quam in vita, sis nobis propitia.

V. Specie tua et pulchritudine tua.  
R. Intende, prospere, procede et regra.

## OREMUS.

**I**ntercessio n<sup>os</sup>s quaesumus Domine B.  
Barbarae Virg. et Mart. tuae semper ad-  
juvet, ut non subito moriamur, sed ante  
diem mertis nostrae, SSmi Corporis et  
sanguinis tui, sacrique olei unctionis  
Sacramentis salubriter muniamur, et ab  
omni malo protegamus, et ad coelestia  
regna perducamus. Qui vivis.

## P R O T E S T A T I O N E S

S. Caroli Boromei.

*Pro felie. morte impetr.*

**I**n Nomine SSmae Trinitatis, Patris, Filii et Spiritus S. ego infelix et miser peccator, protestor in praesentia tua o Angele Dei, assignate mihi à Divina Maiestate productore cum primum natus sum, velle et desiderare me mori, in ea sola vera et catholica fidei, quam S. Romana et Apostolica tenet et profitetur Ecclesia, et in qua omnes Sancti, quotquot fuerunt unquam vel uspiam murtui sunt: nec desidero diutius vivere, quam placeat Deo meo, cui omnem voluntatem meam integrè, et ex toto subiicio.

Protestor etiam o Angele Dei, desiderare et velle me, sub tua Sancta custodia ac protectione, discedere ex hac vita, cum spe divinae misericordiae, sine ulla titubatione in fide, non obstante quacunque

multidutine et gravitate peccatorem meorum, certò sciens ac firmissimè credens, etiam unam solam guttam pretiosissimi sanguinis D. N. J. Christi sufficientem esse et fuisse, non solum ut me salvaret, sed universum etiam genus humanum, quin et mille mundos, si ita placitum fuisset divinae suae Maiestati.

Similiter protestor o Angele Sancte, petere me ex intimo corde, participem fieri misericordiae Redemptoris, et Domini mei Iesu, remissionemque omnium peccatorum meorum consequi, sciens, quod ipse eam nulli peccatori quantumvis gravi et abominabili neget, ritè contrito et confessō, idque per et propter merita amarissimae suae passionis et mortis, et virtutem pretiosissimi sanguis sui, pro me indignissimo in ligno Crucis copiosè effusi: per merita demum SSiae Matris suae et omnium Sanctorum.

## Ad B. V. MARIAM.

**A**udi gemitus et dolores ultimos servuli tui, dulcissima Virgo Mater MARIA, fons vitae et veniae, salus omnium in te spernantium: audi et intercede, ut à Ministris Sathanae liberatus, cum Christi fidelibus, Filii tui servis et amicis, in beata régione vivorum collocer. MARIA Mater gratiae Mater misericordiae, tu nos ab hôte protege, et hora mortis suscipe. Mater Sanctae spei o MARIA, in manibus tuis sortes meae, adjuva me: tibi me totum et iudicium pauperulae animae meae, tuae misericordiae committo.

*Suspiria corum Crucifixo.*

**A**d te converto me Redemptor meus; convertere et tu ad me o spes mea unica. Clementissime JESU. concede huic vilissimae creaturae beneficium redemptionis, et recipere miserabilem hanc animam intra

brachia

brachia tuae misericordiae. Ne perdat me  
 iniquitas mea, quem facit omnipotens bo-  
 nitas tua. Bene JESU, sanguis ab his ve-  
 nis profluxit, ut me illo redimeres: ego  
 sum illa merces, tanto pretio empta: ego  
 sum illa ovis perdita: reduc eam o dulcis  
**Pastor**, et pone inter illas, quae sunt in  
 ovili tuo. Respice Domine Sancte Pater  
 de celo coelorum habitaculo, ecce vox  
 sanguinis Fratris nostri JESU, pro nobis  
 clamat ad te de cruce. Respice innocen-  
 tes manus, quae distillant pretiosum san-  
 guinem, ut dimittas iniquitatem meam, et  
 ne requiras opera manuum mearum. In-  
 tuere illud lancea perfossum pectus, et  
 amore mei apertum cor, meque ex sacro  
 hoc fonte renova. Per Sacros illos pedes,  
 duris clavis perforatos, dirige gressus meos,  
 ut non recedant hac hora a semita Iucis  
 et veritatis. Defige oculos o Pater coele-  
 stis, in faciem hanc dilecti Filii tui, et in

membra conquassata Christi tui, et per miseras, quas ille amore mei sustinuit, miserere animae meae. Propter pecata populi tui, volnerasti dilectum cordis tui: eja! Pater misericordissime, quod ego non mereor, meretur pro me Christus tuus; ejus amore amplectere me gratia tua in Filiuui, et da mihi osculum pacis aeternae.

*Instante morte.*

Anima Christi sanctifica me, Corpus Christi salva me etc, Ut supra in fine Partis secundae. Dein;

*Egressâ jam animâ.*

**S**ubvenite Sancti DEI, occurrite Angeli Domini, suscipientes animam ejus, offerentes eam in conspectu altissimi. V. Suscipiat te Christus qui vocavit te, et in simum Abrahæ Angeli deducant te. Suscipientes. Requiem aeternam. Offerentes. Kyrie eleyson. Christe eleyson. Kyrie etc. Pater noster.

V. A porta inferi. R. Erue Domine  
animam ejus. V. Repuesca in paee. R. A.  
Domine exaudi. Et clamor etc. Dominus  
vobiscum. Et cum etc.

## OREMUS.

**T**ibi Domine commendamus animam famuli tui N. ut defunctus saeculo tibi vivat, et quae per fragilitatem carnis, humana conversatione commisit, tu veniam misericordissimae pietatis absterge. Per Christum.

Ad M. D. Gloriam.

